F. SYLVII AMbiani Commentarii luculenti, in treis M. Tullii Ciceronis ad C. Cæſarem Orationes,

Pro M. Marcello,
Pro Q. Ligario,
Pro Deiotaro Rege.



Vænundantur Iodoco Badio.

Clariſſimo viro Ioanni a Barra Pariſienſi Præfecto, Franciſcus Syluius. S.

COmmentarios, quos in tres Ciceronis ad C. Cæſarem orationes pro M. Marcello, pro Q. Ligario, pro Rege Deiotaro tum ſcribebamus, cum iuuẽtuti, quæ eruditioni meæ commiſſa eſt, has orationes enarrabamus, relegere & caſtigare mihi per valetudinem dudum non licuit. Vbi vero commodioris valetudinis factus ſum, repetito erudiẽdæ noſtræ iuuẽtutis ſtudio, hos ſucciſiuis horis relegi, quum integris non liceret: tum ꝙ alio negocio eoq; magis neceſſario occupatus eram, tum ꝙ vires & corpus plane non reuocaueram. Hos autem Commentarios ad communẽ ſtudioſæ iuuentutis vtilitatem nomine tuo edimus: propterea ꝙ hæ orationes ſunt Ciceronis ad Cæſarem, teq; vt Ciceroni, ita Regem noſtrum Franciſcũ Cæſari multis modis comparare ſoleo. Nam vt Cæſar familiæ ſuæ lumen addidit clariſſimum, ita rex familiam ſuam alioqui non obſcuram, facit clariſſimam. Hic, vt ille, matri fuit obſequentiſſimus. Vterq; prima ætate patrem amiſit. Vtriq; incredibilis rerum memoria tradita eſt. Vtrunque æque commendat eloquentia humanitas atq; clemẽtia. Vt Cæſar prælio Pharſalico victor ad Ciceronem primum omnium ſcripſit, vt eſſet qui fuiſſet: ita hic noſter Cæſar, quem belli fortuna ad Ticinum non reſpexerat, vnũ te ex omnibus primum ſibi petiuit, cuius comitatu grauem illum fortunæ ictum leuius ſuſtineret. Cicero Cæſarem ſalutatum mane ſæpe veniebat: tu quotidie Regem mane ſalutas, qui te cubicularijs quoq; negocijs præfecit. Per Ciceronem non parum multi Cæſari conciliati ſunt, multis tuo beneficio datus eſt familiaris ad Regem acceſſus. Vt Cicero quum quenquam apud Cæſarem defendebat, illius clementia magis q̃ ſua eloquentia nitebatur: ſic tu quum apud Regem alicuius pro ſalute deprecaris aliudve quid impetrare contendis, humanitatem illius atq; clementiam magis q̃ tuam eloquentiam valere ſentis. Cicero eloquentiæ Romanæ princeps habitus eſt, te conſeruandis Pariſienſis huius ſcholæ priuilegijs Rex præfecit. Hos igitur Commentarios nomine tuo emitto, eos comiter benigneq; vt accipias oro. Vale Pariſijs ex ſchola Tornaca V. die Iulij. Anno Domini M. D. XXIX.

Index rerum & verborum in commentarijs trium ſequentium orationum inſignium, ad ſeriem literariã redactus.

A.

Acqeſcere,xxxiiij
Actius Var⁹,xv.
Admurmurare, & ſtrepere ſeu admurmuratio & ſtrepit⁹,vij
Affines ꝓpinqui, xxv.
Antiochi magni bellũ & pax cũ populo Romano,xliiij.xlv.
Alieni qui ſint,xliiij.
Ardet bellum,xviij.
Artificium oratoris folio.xlviii.
Aures patientes,xxvj.

B.

Barbari cẽſentur a Cicerone in litera immanes,xx
Bellum ardet,xviij.
Belli ciuilis origo.xxiij
Belli ciuilis inter Cæſarem & Pompeium, cauſa,xxxvj.
Brochus prænomine Titus,xv.
Brutus etiam Deiotari Regis cauſam defendit,xxxij.

C.

Caedes M. Marcelli a Cęſare uita donati,iiij
Cæſaris Iulij cũ M.Marcello ſimultas,iij.
Cæſaris in bello gerendo celeritas,vj.
Cæſaris dictum inſigne de ſalute ſua,xij.
Cæſaris honores,xiij.
Cæſaris inſigne dictum de metu mortis abijciendo,xv.
Cæſar infenſus Syllæ,folio,xxj.
Cæſarem cur non ſit ſecutus Cicero,xxij.
Cæſar fuit pacis ſemper ſtudioſus,xxiij.
Cæſaris in Deiotarum Regẽ animus,xxxij.
Cæſaris & Pompeij quę fuerit ciuilis belli cauſa,xxxvj.
Cæſaris in euitãdis periculis quanta fuerit felicitas,xxxix.
Cęſar regni multum cupidus,xliiij.
C.Panſa,xvij.
C.Iulius Cęſar,videatur Cæſar,quia de eo ſolo hic eſt ſermo.
Caluinus,xxxvij.
Canis paſtoralis,xlij.
Cauſam prodere,xix.
Cauſa belli ciuilis inter Cęſarem & Pompeiũ fo.xxxvj.
Celeritas Cęſaris in bello gerendo,vj.
Charum habere,xxx.
Cicero C Cæſari & Cn. Pompeio charus,xix.
Cur ſit Pompeium ſecutus in bello:& ꝙ tamẽ de eius victoria male præſagiebat. Ibidem.
Cicero cur Cæſarem ſecutus nõ ſit,xxij.
Cicero ſe ſemꝑ pacis authorem dicit.xxvij.
Cicero in initio dicendi pauere ſolitus.fo.xxxiij
Ciuem virgis cædere tãdem lex Porcia vetuit. fo.xxj.
Cnęus Domitius Caluinus.xxxvij.
Cn.Domitij nobile facinus.xliij.
Comes qui ſint.xxxix,
Concluſio orationis deliberatiuæ.iij.
Concordiſſimus.xix.
Confiteri de peccato potius q̃ peccatum. xvij.
Conſpiratio in malam rem.xxxvi.
Conſobrinus.xxi.
Contubernia caſtrenſia. fo.xxiiij.
Corruptela.xliij.
Criminoſus.xviij.

D

Decedere ꝓuincia quid ſit.xviij.
Deiotarus rex q̃ fuerit & orationis pro ipſo argumentum. xxxi.per to.
Deiotarus nõ eſt per orationẽ Ciceronis Cæſari recõciliatus,& Cæſaris in eũ animus.xxxij
Deiotari cauſam etiam Brutus defendit.xxxij.
Deiotari cum defenderetur ętas.xxxiij.
Deiotarus ad Cæſarem ſupplex venit. xxxvij.
Deliberatiuæ orationis concluſio.iij.

Deus hominũ peccatis offenditur,x.
Dicta Cæſaris,vide Cæſaris.

E

EQuuleus torquēdi inſtrumentum,xxxiij.
Euadere,xix.
Excitare,xij.

F.

FIlij magnorum & illuſtriũ virorũ fere fuerunt vecordes & ignaui,viij.
Fortuna belli,vij.
Forum iudiciale.folio xxxij.
Fraus,xliij.
Fraterne quod barbare dicatur fraternaliter folio,xxix.

G.

GErmaniſſim⁹ qs dicatur Ciceroni,xxix.
Geſtire quid ſit,viij.
Græci leues,xix.
Gratiarum agendarum ratio,iij.a tergo.
Gratum facere nõ rem gratam facere dicit Cicero & eius ſimiles fo.xxvij.
Gratus Deiotari anim⁹ folio.xlv.

H.

HAbere charum folio.xxx.
Honores Cæſaris,xiij.
Hoſpitij cõiungēdi modi varij,xlvij.

I.

IActatio fugienda eſt oratori,xxxiiij.
Ignarus,xvij.
Importare malũ,xlviij.
Imprudens,xvij.
Ingratus in fortunam Timotheus,vij.
Iniuriarum pulchrũ eſt obliuiſci,xlv.
Inquam quam vim habeat,xliiij.
Inſeruire & ſeruire,xiij.
Inſidere,xxxv.
Integrum mihi non eſt fo.xvij.
Inter præpoſitio vim habet complendi vt pluſculis oſtēditur exemplis,xlj.
Iuba hiſtoricus,xxvj.
Iudices ſubſortiri,folio.xlviij.

L.

LAuatum & lautum recte dici. fo.xl.
Legatus Conſulis,xxiiij
Lex Porcia vetuit ciuem Romanum virgis cædere,xxj.
Ligarius & eius defenſio videatur Quintus,fo.xv.&.xvj.
Longinquus & Longinquitas tam propter locum q̃ tempus,xxxv.
L.Tubero,xv.

M.

MAledictũ & maledicere &c.xlij
Malum importare,xlviij.
Manipulus.xxiij.
M.Marcellus.iij.v.
Eius cum C.Cæſare ſimultas.iij.
Eiuſdem defenſio & defenſionis argu.ibidem.
M.Marcelli cædes.iiij.
M.Tullius Cicero,videatur Cicero.
Memini ſcribere.xlvi.
Metus Ciceronis in principio dicendi, & q̃ is oratori nocet,xxxuj.
Meus miles.xlij.
Miles meus.xlij.
Miſeria.xxj.
Multam ſuſtinere.xlvj.
Munera celare.xxxix.
Munerare.xxxviij.
Munerari ibidem.

N

NAm.xliiij.
Nomen regium ſanctũ quibus ſit.xlvij.
Numerius ſuff.xxiiij.

O.

OBliuiſci iniuriarũ pulchrũ eſt. folio.xlv.
Orationis deliberatiuæ concluſio.iij.
Oratoris artificiũ. xlviij.
Origo ciuilis belli. xxiij.
O tempora,o mores.xlij

P

PAcis ſemper ſtudioſus Cæſar fuit.xxiij.
Pacis ſemper author & ſuaſor Cicero.xxvij.
Pãſa prænomine Caius fo,xvij.

Paſtoralis canis.xlij.
Patientes aures.xxvj.
Pauor ſeu metus Ciceronis in principio dicendi, & q᷈ oratori nocere ſoleat.xxxiii.
Peccatis hominũ offenditur deus.x.
Pecuariæ res.xlii.
Pecuarius ibidem.
Perſona ſuppoſita.xlviij.
Pertinet res ad mortuos.xiiij.
Plauſus populi.xlv.
Pœna innocẽti æquiore animo ferenda.xxiij.
Pœna immerita æquiore eſt animo ferenda q̃ merita.xlv.
Pœnam ſuſtinere.xlvj.
Pompeij in Cæſarẽ quæ fuerit ciuilis belli cauſa.xxxvj.
Ponere pro deponere frequenter captum.xv.
Potio & Potus.xxxviij.
Probare.xviij.
Prodere cauſam.xix.
Propinqui dicuntur etiã qui affines.xxv.
Propinquus & Propinquitas tam de loco q̃ de tempore.xxxv.
Proſcriptio Syllæ.xxj.
Proſcriptos qui occiderunt ſicarij.xxi.
Prouidere.xj.
Prouincia decedere.xvj.
P. Actius Varus.xv.

Q.

Q Veri non licet de ſeruis in dominos.xxxiij.
Quintus Ligarius & ei⁹ defenſio.xv.&xvj.
Quoad.xx.

R

R Egium nomen quibus ſanctum habitum. folio xlvij.
Regni multum cupidus Cæſar.xliiij.
Reputare.xlvj.
Roſtrorum ſtatuæ.xlv.
Reum ſupponere. folio xlvij.

S.

S Celus quid ſit.xxij.
Securitas aduerſarij & confidentia. folio.xxxiij.
Sermo pro fama & inde ſermũculus pro rumuſculo.xliiij.
Seruire & inſeruire.xiij.
Seruit⁹ fortuna, quia laudis cauſa.xxvj.
Signum ſuſtuliſti.v.
Simulatio.xj.
Syllæ proſcriptio.xxj.
Syllæ infenſus Cæſar.folio.xxj.
Socij.xviij.
Sortium inuentio.xxiiij
Specula.xl.
Statuarum locus Romę quis erat.xlv.
Strepere & admurmurare ſeu ſtrepit⁹ & admurmuratio.viij.
Studiorum eorundẽ vinculum arctiſſimum. folio.xxiij.
Studiorum conſenſio firmat amicitiam.xxv.
Sub, in compoſitiõe quã vim habeat.xlviij.
Subſortiri iudices, folio, xlviij.
Suffuſus Numeri.xxiiij.
Supplementum.xix.
Suppoſita perſona.xlviij.
Supponere reum. Ibidẽ.
Suſtinere mulctã & pœnam.xlvj.
Suſtuliſti ſignum.v.

T

T Imotheus Cononis filius.vij.
T. Brocchus.xv.
Tubero prænomine Lucius.xv.
Turba militum.vij.

V

V Arus cui actio pręnomen.xv
Victoria ferociores & inſolentiores fere efficit.viij.
Vindicare.viii.
Virgis ciuem præſertim Romanum cędere lex Porcia vetuit, conſulẽs maleficium in exilium agere.xxi.
Voluntas pro facto exiſtimanda.xxv.
Vomitio eſt ſtomacho interdum vtilis.xl.

FINIS.

F. SYLVII AMBIANI IN ORATIONEM M.T. CICEronis pro M.Marcello Commentarii, atqꝫ Argumentum.

VICTO Cn.Põpeio in acie Pharſalica, ex ijs qui eũ ſecuti erant,
alij in Africam ad Iubæ Actijqꝫ exercitus, ad renouandum bel
M.Marcellꝰ lum ſe contulerunt, vt Scipio & Cato: alij ſe victos credentes, ab
armis omnino deſtiterunt, vt M.Cicero: alij medium tenuerũt
vt M.Marcellus vir Conſularis, ac ſingulari prudentia prædi-
tus, qui de victoria Pompeij ſemper ſumme diffidebat. Hũc ma
gna multitudo pro maximis eius clariſſimiſqꝫ virtutibus dili-
gebat: quocirca reſtitui eum maxime cupiebat. Is autem forti & inuicto animo reſti-
tui a, Cæſare in patriam nolebat, ne ea quæ nollet, Romæ videret. Eum Cicero, cum
quo a pueritia cœpit familiaritas & amicitia, ſæpe hortabatur, vt cederet tempori, &
neceſſitati pareret, quod ſemper ſapientis habitum eſt. Eundem C.Marcellus frater
ſummis precibus obſecrabat, vt redire vellet, qui idem Cæſarem pro ſalute fratris aſſi
Cęſaris cũ due deprecabatur. In Senatu præſente Cæſare, quum a L. Piſone mentio eſſet facta
Marcello ſi- de M.Marcello, quumqꝫ C.Marcellus ſe ad Cæſaris pedes abieciſſet, Senatus cunctus
multas. conſurrexit & ad Cęſarem ſupplex acceſſit vt M.Marcello ignoſceret. Tum Cæſar in
Senatu habuit orationem, qua M.Marcelli acerbitatẽ accuſauit, ꝙ cum in Gallia bel-
lũ gereret, a M.Marcello Cos. prędo appellatus ſit: ꝙ cum Senatu agere conatus ſit, vt
Cęſar ipſe hoſtis patriæ, niſi poneret arma, iudicaretur: quod Decurionem Nouico-
mi, quam coloniam Cæſar deduxerat, virgis ceciderit, vt ciuem eum non eſſe oſtende
ret, & ita Cæſaris factum improbaret. Ciues enim Romanos virgis cędere lege Por-
cia non licebat. Ciues autem Romani etiam Coloni & municipes erant. Alias quo-
que Marcelli offenſiones Cæſar commemorauit. Adiecit quoque eſſe qui vitæ ſuæ in
ſidiarentur, ſed ſe naturæ & glorię ſatis vixiſſe. Tum repente præter omnium ſpẽ di-
xit ſe Senatui de Marcello ne hominis quidem cauſa negaturum. Eum itaqꝫ Senatui
reiqꝫ publicæ conceſſit. Senatores rogati ſententiam Cæſari gratias egerunt. Cicero
qui ſtatuerat priſtinę dignitatis deſiderio tacere, Cęſaris magnitudine animi & clemẽ
Argumẽtũ tia, & Senatus officio commotus, mutauit conſilium. Itaqꝫ pluribus verbis hac oratio
ne egit gratias Cæſari. ¶ Cuius argumentum eſt. Principio cauſam dicit, cur ſilere
in Senatu perpetuo decreuiſſet, idqꝫ feciſſe clementiam Cæſaris in Marcello inimi-
co reſtituendo, vt mutaret conſilium. Tum enim Cæſar omnibus ſignum dedit, vt
bene de republica ſperarent. Res geſtas Cæſaris anteponit omnibus Imperatorum
pop. Ro. exterarum gentium, potentiſſimorumqꝫ populorum, Regum clariſſimorũ
rebus geſtis. Sed multo eum maiorem diſcit conſecutum gloriam, ꝙ animum ſuũ vi
cerit, ꝙ iracundiam cohibuerit, ꝙ victoriam, quæ natura inſolens & ſuperba eſt, tem

peraueri t.ꝙ inimicum ſuum priſtinæ dignitati reſtituerit.In hac victoria tanta fuit
Cæſaris modeſtia,vt maluiſſe ſe non dimicare quam vincere oſtēderit ,ꝙ pacis au=
thores & dilexerit & reſtituerit,in quibus fuit Cicero.Si viciſſet Pompeius,eius victo
ria crudelis fuiſſet,in Cæſaris victoria nulla fuit crudelitas,nullus occiſus eſt, niſi in
prælio armatus.Itaq; videntur dij immortales omnem ſpem ſalutis populi Roma=
ni,reiq; publicæ ad Cæſaris clementiam & ſapientiam tum contuliſſe,quum eius vi
ctoriam adiuuerunt.Cæſaris ſuſpitionē,ne quis eius vitæ inſidietur, tollit,ſed cauē=
dum ſuadet,Negat ſe tale quid Cæſari timuiſſe,ſed humanos caſus, & incertos vale=
tudinis euentus,& naturæ communis fragilitatem metuendam eſſe. Cæſarem hor=
tatur,vt rempub.conſtituat,quam ipſius belli impetu iacere neceſſe fuit. Quia Cæ=
ſar dixerat ſe naturæ & gloriæ ſatis vixiſſe,eum patriæ cui natus eſt, parū vixiſſe Ci=
cero dicit:quam ſi conſtituerit,diuinæ eius virtutis gloria futura eſt immortalis, cui:
vt inſeruiat,hortatur.Obſecrat Cæſarem,vt vitæ & ſaluti ſuæ conſulat Pollicetur &
ſuo & Senatorum reliquorum nomine non ſolum excubias & cuſtodias,ſed laterum
ſuorum & corporum oppoſitus ad vitam eius ſalutemq; tutādam.Poſtremo Cæſari

Gratiarum agēdarum ratio

gratias agit maximas,ꝙ Marcellum reipub.reſtituerit.¶Genus cauſę quod ſit,fa=
le dictu non eſt,ſi tantum tria dicendi genera eſſe dicamus.Nam ſi demōſtratiuum
eſſe dicas,ꝙ Cæſaris laudes contineat,primum ad hoc ſuſcepta oratio non eſt,vt Cæ
ſarem Cicero laudet,ſed vt ei gratias agat de Marcello reſtituto.Vt enim qui confert
munus,ita qui accipit,id verbis ornare atq; amplificare debet.Illud igitur in agēdis
de accepto beneficio gratijs fieri ſolet,vt ipſum beneficium quantum fieri maxime
poteſt,primum verbis amplificemus,deinde gratias agamus, vt facile poſſis cogno=
ſcere etiam ex oratione legatorum Saguntinorum habita Romæ in Senatu,quæ eſt
apud T.Liuium lib.xxviij.Hac enim ratione maior animi gratitudo exiſtit. Cicero
igitur quo ampliores Cæſari gratias ageret,res eius geſtas extulit maxime, ſed ijs o=
mnibus antepoſuit hoc beneficium ꝗ Marcellum inimicum dignitati priſtinę red
diderit.Hæc igitur Cęſaris laudes ad maiorem gratiarum amplitudinem pertinent

Deliberatiuæ orationis cōcluſio,

Deinde nec ibi Cæſaris laudatio perſcripta eſt ſecūdum præcepta artium. Laudatur
enim hic fere a clemētia.Tum,ſi propterea demōſtratiua oratio eſſet,ꝙ Cæſaris lau
des contineat,multæ ſunt deliberatiuę & iudiciales,quæ itidem demonſtratiuæ ap=
pellandæ eſſent:propterea ꝙ in his laus aut vituperatio cōtineatur. Poſtremo:vt in
oratione deliberatiua fere fit,vt in fine pro concluſione ſententiā ſuā dicat is qui ora
tionem habet,ita in huius orationis parte extrema pro cōcluſione eſt actio gratiarū.
Id in demonſtratiua oratione fit.Si deliberatiuā orationem eſſe dicas:primū omnis
deliberatio de re dubia eſt,hæc oratio de re certa eſt. Deinde deliberam⁹ de re futura.
Cicero agit gratias de re anteacta.Nō igitur ab re Quintilianus lib.iii.dubitari poſſe
dicit,ſi tantum genera cauſarum tria ſint,& laudandi ac vituperandi officium in par
te tertia ponamus,in quo genere verſari videamur,quum querimur,cōſolamur,mi=
tigamus,cōcitamus,terremus,cōfirmamus,præcipim⁹,obſcure dicta interpretamur,

narramus,deprecamur,gratias agimus,gratulamur, obiurgamus, maledicimus, deſcribimus,mandamus,renunciamus,optamus,opinamur, & plura alia, vt mihi, inquit,in illa vetere perſuaſione permanenti velut petenda ſit venia,quærendúq; quo moti priores rem tam late fuſam tam breuiter aſtrinxerint.Sed idem poſtea ſcribit cæteras ſpecies in hæc tria incidere.¶Vt ad Marcellum reuertar, Cæſaris beneficio vti Marcello minime licuit.Nã a P.Magio Chilone cliente ſuo Athenis occiſus eſt, vt ait T.Liuius lib.cxv.De huius cæde amplius ſcribit Ser.Sulpitius ad Ciceronẽ,M. Marcellum.ix.Calend.Iunij poſt cœnę tempus a P.Magio Chilone familiari ſuo pugione percuſſum eſſe,& duo vulnera accepiſſe,vnum in ſtomacho,alterum in capite ſecundum aurem. Magium ſeipſum interfeciſſe. Paulo ante lucem Marcellum diem ſuum obijſſe.Itaq; virum clariſſimum ab homine deterrimo acerbiſſima morte affectum cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentum amicum, qui ei mortem afferret. In gymnaſio Academiæ combuſtum, eique eodem in loco factum monumentum marmoreum, vt Athenienſes locarent faciendum idem ſe dicit curaſſe. Epiſtola eius eſt in libro Epiſtolarum familiarium Ciceronis.iiij. Ne huius cædis ſuſpicio ad Cæſarem pertineret,Brutus ad Ciceronem ſcripſit literas, quibus eum purgat de huius interitu.In quem ne ſi inſidijs quidẽ ille interfectus eſſet, caderet vlla ſuſpicio.Cum vero Magio cõſtat,nonne furor eius omnem cauſſam ſuſtinet? Author eſt Cicero libro Epiſtolarum ad Atticum.xiij.

M.Marcelli cædes.

ORATIO

M.Tulli Ciceronis pro M.Marcello ad Patres Conſcriptos,& C.Cæſarem.

Diuturni ſilentii P.C.quo eram his tẽporibus vſus, non timore aliquo, ſed partim dolore, partim verecundia, finem hodiernus dies attulit: idemq; initiũ quæ vellẽ, quæq; ſentirẽ meo priſtino more dicendi dedit. Tantam enim mãſuetudinẽ, tam inuſitatã inauditãq; clementiam, tãtũ in ſumma poteſtate rerũ omnium modũ, tam deniq; incredibilẽ ſapiẽtiã ac pene diuinã, tacitus nullo modo præterire poſſum. M, enim Marcello vobis P. C. reique

publicæ reddito,nō ſolū illi⁹,ſed etiam meā vocē & autho
ritatē,& vobis & reipublicę conſeruatā ac reſtitutam puto.
Dolebā enim P.C.vehementerque angebar,cū viderē virū
talē,qui in eadē cauſa,in qua ego,fuiſſet, nō in eadem eſſe
fortuna.Nec mihi perſuadere poterā , nec fas eſſe ducebā,
verſari me in noſtro vetere curriculo,illo æmulo atque imi
tatore ſtudiorū,ac laborū meorū,quaſi quodam ſocio a me
& comite diſtracto.Ergo & mihi & meæ priſtinæ vitæ con
ſuetudinem C.Cæſar interclusam aperuiſti, & his omnibus
ad bene de omni republica ſperandū,quaſi ſignum aliquod
ſuſtuliſti.Intellectū eſt enim mihi quidē in multis,& maxi
me in meipſo,& pauloante in omnibus , cū M.Marcellum
Senatui reiqȝ publicæ cōceſſiſti,cōmemoratis etiā præſer
tim offenſionibus,te authoritatē huius ordinis,dignitatēqȝ
reipublicæ tuis vel doloribus vel ſuſpicionibus anteferre.

Diuturni ſilentij) Cicero ex quo tempore a C.Cæſare dignitati priſtinæ reſti-tutus erat,in Senatum non venerat,aut certe in eo ſententiam non dixerat. Partim dolore)dolebat,vti poſtea dicit,quum videret Marcellum in eadē cauſa eſſe in qua ipſe Cicero fuiſſet,nec iam in eadem fortuna eſſe. Partim verecūdia, ꝙ nefas eſſe putaret,diſtracto Marco Marcello in Senatu verſari.de hoc ſuo ſilentio idem lib.Epiſto.Familiarium ad Seruium Sulpitium ſcribit,Statueram,inquit,non mehercule inertia,ſed deſiderio priſtinæ dignitatis in perpetuum tacere. Fregit hoc meum conſilium & Cæſaris magnitudo animi,& Senatus officium. Tantum modum)id eſt tantam rationem & mediocritatem cum virtute coniunctam : vt apud Horatium,Eſt modus in rebus,ſunt certi deniqȝ fines,Quos vltra citraqȝ nequit conſiſtere rectum. In ſumma poteſtate)Contra vſu venire ſolet in hominibus improbis , vt quanto maior poteſtas ſit , tanto ſit maior rerum omnium licentia. Illius) Marcelli. Talem virum)Marcellum. In eadem cauſa,in qua ego,fuiſſet)id eſt qui Pompeium contra Cęſarem,vt feceram,ſecutus fuiſſet. Non in eadem eſſe fortuna) id eſt non reſtitutū. In noſtro vetere curriculo)id eſt Senatu.Priſcianus lib.vi.Adeo, inquit,cognatio eſt currus ad curſum,vt diminutiuum currus curriculus pro curſu accipiatur.Cicero pro Marcello,Nec fas eſſe ducebam verſari me in vetere noſtro curriculo. Aemulo atqȝ imitatore ſtudiorum)Marcus Marcellus cæteris omiſſis ſtudijs vnum id egit,ſeſe quotidianis commentationibus acerrime exercuit. Itaqȝ & lectis vſus eſt verbis & frequentibus,& ſplendore vocis & dignitate motus.Specioſum erat & illuſtre quod dicebat.Omnia ſic ei ſuppetebant,vt nulla deeſſe virtus orato- M.Marcell⁹

ris videretur, quem ſimillimum ſui habiturus Cicero erat. Hęc ex Ciceronis libro de Claris Oratoribus, quo in libro de omnibus ætatis ſuæ oratoribus, quibuſcum viuebat, exceptis Cæſare atq; Marcello, ſilentium egit, vt etiam Quintilianus ſcribit libro decimo. Signum aliquod ſuſtuliſti) Ad morem Romanum alluſum puto. Quum enim ex belli Gallici aut Italici vicinitate Romæ tumultus erat, id eſt timor multus, qui exercitum ducturus erat, ex Capitolio vexilla duo proferebat, vnum purpureum, qui color militaris maxime eſt, quo pedites: alterum cæruleum, quo equites conuocabat. Nam cæruleus color maris eſt, a cuius deo equum eſſe inuentum ferunt. Author eſt Seruius enarrans verſum illum ex libro Aeneid. octauo. Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu. Politianus in libro epiſto. viij. ad Innocentium Pontificem Maximum. ſcribens ad hunc morem alludens, hęc Ciceronis verba fere vſurpat. Tu, inquit, quando nobis aliquod ceu ſignũ ex arce iſta tui pontificatus ad bene ſperandum ſuſtuliſti, perge obſecro ſanctiſſime pater, perge inquã, fouere atq; illuſtrare bonas artes. Is enim timor multus magna ex parte leuatur, vbi ſublatum ſignum eſt ad euocandos milites, qui hoſtium conatibus occurrant. Paulo ante in omnibus) Nam Marcelli offenſio tam grauis tibi videbatur, vt reliquis omnib⁹ potius q̃ ignoſcere videreris. Qđ ei igitur ignoueris in omnibus intellectum eſt &c.) Cicero ad Seruium Sulpitium libro Epiſtolarum. iiij. ſcribit, diem eum quo reſtitutus Marcellus eſt, viſum eſſe ſibi ita pulchrum, vt ſpeciem aliquam videretur videre quaſi reuiuiſcentis Reipubl. Commemoratis præſertim offenſionibus) Offenſiones quæ fuerint ſcripſimus in argumento. Ad hunc locum illud pertinet, quod idem Cicero in eadem epiſtola ſcribit de Marcelli reſtitutione. Cæſar accuſata acerbitate Marcelli, ſic enim appellabat, laudataq; honorificentiſſime & æquitate tua & prudentia, repente præter ſpem dixit ſe Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſa negaturum. Tuis doloribus) id eſt tuæ iræ. Suſpicionibus quod ſuſpiceris ne quis vitæ tuæ inſidietur, de quo poſtea dicit.

Signum ſuſtuliſti.

Ille quidem fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum cepit, cum ſummo conſenſu Senatus, tum præterea iudicio tuo grauiſſimo & maximo. Ex quo profecto intelligis, quanta in dato beneficio ſit laus, cum in accepto tanta ſit gloria. Eſt vere fortunatus ille, cuius ex ſalute non minor pene ad omnes, q̃ ad illum, cui ventura ſit, lætitia peruenerit, Quod quidem ei merito atq; optimo iure contingit. Quis enim illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artium ſtudio, aut innocentia, aut vllo genere laudis præſtantior? Nullius tantum flumen eſt ingenii, nulla dicendi, aut ſcribendi tanta vis tantaque copia, quæ

non dicam exornare,ſed enarrare C. Cæſar tuas res geſtas poſſit:tamē hoc affirmo, & hoc pace dicam tua,nullam in his eſſe laudem ampliorem,quam eam,quam hodierno die conſecutus es. Soleo ſæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris vſurpare ſermonibus,omnes noſtrorum Imperatorum, omnes externarum gentium, potentiſſimorumque populorum, omnes clariſſimorum regum res geſtas, cum tuis nec contentionum magnitudine, nec numero præliorum, nec varietate regionum, nec celeritate conficiendi, nec diſſimilitudine bellorum poſſe conferri, nec vero diſiunctiſſimas terras citius paſſibus cuiuſq̄ potuiſſe peragrari, quam tuis non dicam curſibus,ſed victoriis illuſtratæ ſunt.

Fructum omnis anteactæ vitæ) Fructum vitæ anteactæ gloriam intelligit, q̄ quum vita hæc breuis ſit, gloria virtute ſit comparanda, qua nos vixiſſe teſtemur. Ideoque negat Cicero in quarta in Catilinam Inuectiua, Conſulari viro mortē immaturam accidere poſſe. Summo conſenſu Senatus) qui ſimul a Cæſare poſtulauit,vt Marcello ignoſceret Iudicio tuo grauiſſimo) id eſt certiſſimo & ſapientiſſimo. In dato beneficio)id eſt in te qui dediſti. Argumentum a minore ad maius. Liberalitas duplex eſt,altera in dando,altera in accipiendo eſt. Ea quæ in dando eſt,magis eſt laudabilis.Nam eſt difficilior, q̄ liberalitatis rationes retinendæ ſint diligentius,vt pro facultate tribuatur,vt proſit cui tribuitur, vt pro dignitate eius qui accipit tribuatur. Quo autem difficilius,hoc præclarius. Quum igitur tanta ſit gloria in Marcello qui accepit,quanta in te ſit,qui dediſti,intelligis. Ei) Marcello. Quis enim eſt) Cauſa eſt lętitia non maior pene ad Marcellum ex eius ſalute, q̄ ad omnes perueniat. Nobilitate) Ex antiqua Marcellorum familia natus eſt,exigua fuit tempore ſecundi belli Punici,Marcellus is eſt qui pop.Ro.enſis,vt Fabius ſcutum appellatus eſt,vt ex Poſſidonio Plutarchus in vita Fabij ſcribit. Probitate) Authore Cicerone in lib.de Claris Oratoribus laudandus maxime Marcellus eſt,q̄ in communi & quaſi fatali malo conſoletur ſe quum conſcientia optimæ mentis,tum etiam vſurpatione & renouatione doctrinæ. Optimarum artium ſtudio) & præcipue artis dicendi.Nullam enim Marcello deeſſe virtutē oratoris putat. Innocentia)quę eſt affectio talis animi,quę noceat nemini,vt ait Cicero in lib. Tuſculanarum quęſtionū.iij.

Flumen ingenij)Vnde facta ſit tranſlatio dubium non eſt. Ea autem ornatus gratia eſt. Soleo ſæpe ante oculos ponere)id eſt cogitare.Ex comparatione rerū geſtarū Cęſaris oſtendit quanta eius ſit gloria,q̄ animi ſui iracundiam vicerit,quū Marcello ignouit.Hanc animi victoriam per amplificationem reliquis victorijs Cęſaris ante

ponit, quæ quo maior inſurgat, anteponit Cæſarem rerum geſtarum magnitudine omnibus Ro. Imperatoribus, omnibus exteris nationibus. potentiſſimis populis, & regibus clariſſimis. Crebris vſurpare ſermonibus) id eſt ſæpe dicere. Contentionũ) id eſt expeditionum, quas conficere contendiſti. Nec numero præliorum) Nam ſignis collatis cum hoſte quinquagies pugnauit. Et præter ciuiles victorias vndecies centum & nonaginta duo millia hominum prælijs ab eo occiſa ſunt, vt ait Plinius libro ſeptimo. Varietate regionum) Cæſar varijs in locis bella geſſit in Gallia, in Germania, in Britannia. deinde Pompeium vicit in Pharſalia, Ptolemæũ in Aegypto, Pharnacem Mithridatis filium in Ponto, Scipionem & Iubam in Africa, Pompeij filios in Hiſpania. Celeritate cõficiendi) Celeritate maxima vſus eſt C. Cæſar in bellis omnibus, quæ tam multorum eius ſucceſſuum cauſa fuit. De aliorum bellorum ab eo geſtorum vt nihil dicam, in Pontico triumpho inter pompæ fercula triũ verborum Cæſar prætulit titulum, Veni, Vidi, Vici: non acta belli ſignificantem, ſed belli celeriter confecti notam. vt Suetonius author eſt. Diſiunctiſſimas) id eſt inter ſe remotiſſimas.

Celeritas Cæſaris in bello.

Quæ quidem ego niſi tã magna eſſe fatear, vt ea vix cuiuſq̃ mens, aut cogitatio capere poſſit, amẽs ſim. Sed tamen ſunt his maiora. Nam bellicas laudes ſolent quidam extenuare verbis, easq; detrahere ducibus, cõmunicare cũ multis, ne propriæ ſint Imperatorũ. Et certe in armis militum virtus, locorũ opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus multum iuuant. Maximam vero partem, quaſi ſuo iure fortuna vẽdicat: & quicquid proſpere geſtum eſt, id pene omne ducit ſuũ. At vero huius gloriæ C. Cæſar, quam ẽs paulo ante adeptus, ſociũ habes neminẽ. Totũ hoc, quantumcunq; eſt, quod certe maximum eſt, totum eſt inquam tuũ. Nihil enim tibi ex iſta laude Cẽturio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. Quinetiã illa ipſa rerũ humanarũ domina Fortuna in iſtius ſe ſocietatem gloriæ non offert, tibi cedit, tuam eſſe totam ac propriam fatetur. Nunq̃ enim temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur. Domuiſti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, omni copiarum genere abũdantes: ſed tamen eą viciſti, quæ & na

turam,& conditionem vt vinci poſſent,habebant. Nulla eſt enim tanta vis,tanta copia,quæ non ferro,aut viribus debilitari frangiq; poſſit. Verum animum vincere,iracundiam cohibere,victoriam temperare,aduerſarium nobilitare, ingenio,virtute præſtantem,non modò extollere iacentem,ſed etiam amplificare eius priſtinam dignitatem. Hæc qui faciat,non modo ego eum cum ſummis viris comparo,ſed ſimillimum deo iudico. Itaq; C. Cæſar bellicæ tuæ laudes celebrabuntur,illæ quidem non ſolum noſtris, ſed pene omnium gentium literis atq; linguis: neq; vlla vnq̃ ætas de tuis laudibus conticeſcet. Sed tamen eiuſmodi res, neſcio etiã quomodo,dum audiuntur,dum leguntur, obſtrepi clamore militum videntur,& tubarum ſono.

Ne propriæ ſint Imperatorum)id eſt ne ab Imperatoribus ſolis partæ ſint. In armis militum virtus)Nullus eſt,vt ait Cicero libro de Officijs ſecundo,cui non perſpicua ſint illa,quæ pluribus verbis a Panętio commemorantur,neminem neq; ducem belli,neq; principem domi magnas res & ſalutares ſine ſtudijs hominum genere potuiſſe. Commemorantur ab eo Themiſtocles,Pericles,Cyrus,Ageſilaus,Alexander, quos negat ſine adiumentis hominum tantas res efficere potuiſſe. Locorum opportunitas)quæ valet plurimum in paranda victoria. Commeatus)id eſt ſuppeditatio eorum quæ exercitui neceſſaria ſunt,quum ad reliquas res tum ad victum. Fortuna tibi vendicat)Quantum ſibi ex humanis rebus fortuna vendicet,illud documento ſit,quod ſcribit Plutarchus in vita L. Syllæ. Res geſtas Timothei, qui Cononis filius fuit,inimici obtrectantes fortunæ aſcribebant, inq; tabulis eo dormiente fortunam retia vrbibus circumponentem pingebant. Acrius iritatus hęc fingentibus ſuccenſebat grauius,q̄ ſuarum rerum geſtarum gloria priuaretur. Aliquando poſtea re bene geſta ex bello rediens concione aduocata,Viri Athenienſes,inquit,huius bellicę rei nullam ſibi partem fortuna vendicat. Iuueniliter & ſuperbe & ingrate exultans Timotheus ita ſibi infeſtam fecit fortunam,vt nullum deinceps præclarum facinus in ſe fecerit,ſed iniquis ſæpius auſpicijs pugnans a populo eiectus profugerit. Fortuna belli domina eſt. Pugnarum exitus incerti ſunt. Hinc Mars communis dictus eſt, qui ſępe ſpoliantem iam & exultantem euertit,vt ait Cicero pro Milone. De fortuna plura ſcribit Plinius capitulo ſeptimo libri ſecundi. Huius gloriæ)qua animi tui iracundiam viciſti. Turma)quæ erat.xxxij.equitum,vt ait Vegetius. Temeritas)quę fortunæ eſt. Immanitate barbaras &c.)Cæſaris victorias amplificat,vt animi victoriam faciat maiorem. Maior enim Cæſaris gloria eſt,ſi vicerit gentes,quas vinci erat..

Timotheus Cononis filius.

Ingratus in fortunam belli.

Turma..

difficillimum, ꝙ immanitate eſſent barbaræ, multitudine innumerabiles, locis infinitæ, & omni copiarum genere abundantes. Non ego cum ſummis) Lactantius libro Diui. Inſti. j. hunc Ciceronis locũ citans legit, non modo ego eum cum ſummis viris comparo. Nec vlla ætas) id eſt nullũ tempus. Nam pro tẽpore ętatẽ ſæpe dicit Cicero. Eiuſmodi res bellicæ etiã ab alijs geſtæ. Etiam dum legũtur) Alij legũt, Etiã dum audiuntur, dũ leguntur: quæ lectio magis placet, vti poſtea dicit, aut audimus, aut legimus. Etiã dum audiunt dũ legũtur) .i. nõ modo quum vidẽtur, ſed etiã dum narrari audiũtur vel legũtur. Obſtrepi clamore) .i. acclamatione probari. Solebãt enim veteres vrbanas res, aut bellicas quę publice placerent, aut cõtra acclamatione & ſono tubarũ approbare, aut improbare. Strepere oratoribus frequẽs, admurmurare eiſdem, non minus vſitatũ eſt. Cicero in Verrẽ Actione .ij. Ipſe, inquit, Cn. Põpeius quũ primũ concionem ad vrbem Cos. deſignatus habuit, vbi quod maxime expectari videbatur, oſtendit ſe tribunitiã poteſtatem reſtituturũ, factus eſt in eo ſtrepitus, & grata concionis admurmuratio. Idem in Piſonẽ, Quo quidẽ tempore cepi P. C. fructum immortalem veſtri in me & amoris & iudicij, qui non admurmuratione, ſed voce & clamore, abiecti hominis & ſemiuiui furorem petulantiamq́ fregiſtis. Idem lib. Epiſt. ad Quintũ fratrem .ij. Multa feci verba de toto furore latrociniq́ P. Clodij. Eum tanq̃ reum accuſaui, multis & ſecundis admurmurationibus Senatus. Idem in libro de Orato. ij. Vitanda eſt acclamatio aduerſa populi. Obſtrepi) paſſiue noue dixit. Vidẽtur) Verbum videri dicitur in re quæ appareat, ſiue vera ſit, ſiue falſa.

Strepere Admurmurare.

At vero quũ aliquid clementer, mãſuete, iuſte, recte, moderate, ſapiẽter factũ, in iracũdia ꝓ̃ſertim, quæ eſt inimica cõſilio: & in victoria, quę natura inſolẽs & ſuperba eſt, aut audimus, aut legimus, quo ſtudio incendimur? nõ modo in geſtis rebus, ſed etiã in fictis? vt eos ſæpe, quos nũq̃ vidimus, diligamus. Te vero, quẽ pręſentẽ intuemur: cuius mẽtẽ, ſenſuſq́; & os cernimꝰ, vt quicquid belli fortũa reliquũ Reip. fecerit, id eſſe ſaluũ velis: quibus laudibꝰ efferemus? quibus ſtudiis ꝓſequemur? qua beneuolẽtia cõplectemur? Parietes medius fidiꝰ C. Cęſar, vt videre videor, huius curię, tibi gratias agere geſtiũt, ꝙ breui tẽpore futura ſit illa authoritas in iis maiorũ ſuorũ & ſedibꝰ ſuis. Equidẽ cũ C. Marcelli viri optimi, & cõmemorabili pietate ac virtute præditi lachrymas modo vobiſcũ viderẽ, omniũ Marcellorũ meũ pectus memoria effodit, quibꝰ tu etiã mortuis, M. Marcello cõſeruato, dignitatẽ ſuã reddidiſti: nobiliſſimãq; familiã, iam ad

paucos redactam, pene ab interitu vindicaſti. Hunc tu igitur diem tuis maximis, & innumerabilibus gratulationibus iure antepones. Hæc enim res vnius eſt propria Cæſaris, cæteræ duce te geſtæ magnæ illę quidé, ſed tamen multo magnoq; comitatu. Huius autem rei tu ipſe es & dux, & comes: quæ quidem tanta eſt, vt ei nulla ſicut tropheis, monumentiſq; tuis ſit finem allatura ætas.

At vero) Significat nos maiore ſtudio incẽdi quum audimus vel legimus aliquid in iracundia & victoria factum clementer iuſte & ſapienter, q̃ quum bellicas res audimus vel legimus. Quo ſtudio) qua voluntate, qua animi affectione, Amplificatio eſt, Quæ videmus mouẽt magis, q̃ quæ audimus & legimus. Honeſta quæ raro contingũt, laudabilia magis ſunt, q̃ quæ ſæpe. Bellicæ C. Cæſaris res geſtæ, quum audiũtur aut leguntur, acclamatione militũ & ſono tubarũ probari videtur. Maiore igitur afficiũtur ſtudio qui Cæſarem victorem, & iratũ, inimico ſuo manſuete clemẽter, moderate, ſapienter, ignoſcere vidẽt. Victoria quæ natura eſt inſolẽs) Cicero ad M. Marcellũ ſcribẽs lib. Epiſt. famil. iiij. Omnia in bellis ciuilib⁹ miſera eſſe dicit, ſed nihil miſerius, q̃ ipſam victoriã. Quæ etiã ſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotẽtioreſq; reddit, vt etiã ſi natura tales nõ ſint, neceſſitate eſſe cogantᷣ. Multa enĩ victori eorũ arbitrio per quos vicit, etiã inuito, faciẽda ſunt. L. Sylla, vt ait Liuius libro xxviij. Rep. recuperata pulcherrimã victoriã, quãta in vllo homine nunq̃ fuit, inquinauit. Ideo præſagiebat Cicero lib. Epiſt. vij. ad Attic. ex belli ciuilis victoria fore, vt quũ multa mala, tum certe tyrannis exiſteret. Quicquid belli fortuna reliquũ fecerit) i. quorũ virtuti belli fortuna pepercit, vt ait Ennius. i. qui in bello nõ interierũt.

Parietes &c.) Tranſlatio eſt R. bus enim inanimis datur ſenſus. Geſtiũt) Geſtire, vt ait Dona. Cõmẽtarijs in Eunuchũ Terẽtij, eſt motu corporis monſtrare quid ſentias. Cõſtat aũt a pecudibus ad homines eſſe tranſlatũ. Geſtire proprie eſt ſenſum corporis geſtu indicare, qd magis brutorũ eſt animaliũ. Virg. Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauãdi. In his parietib⁹ quidẽ quũ M. Marcelli) C. Marcelli legẽdũ puto, nõ M. Marcelli, M. enĩ Marcell⁹ tũ aderat, quũ ei Cæſar ignouit. Cautẽ Marcell⁹ quũ ſe ad pedes Cæſaris abiecit, tũ cũctus Senatus cõſurrexit, & ad Cæſarẽ ſupplex acceſſit, vt M. Marcello ignoſceret. Cõmemorabili) i. perpetua & memoria ſemper digna. Pietate in fratrẽ, M. Marcellũ. Effodit pectus) id eſt ſtimulauit, &, vt ait Plautus, pectus peracuit, vulnerauit, lãcinauit. vt Cic. in lib. Tuſc. queſt. j. Pũgatur, inquit, dolor vel fodiat, ſane ſi nudus es, da iugulũ: ſin tectus, Vulcanijs armis. i. fortitudine reſiſte. Vel effodit pectus meũ) i. ſollicitaunt me. Vt in illo Ennij, Curãve leuaſſo, Quæ te nũc coquit & verſat ſub pectore fixa. Ad paucos redactã) ad M. & C. Marcellos fratres. Aeli⁹ Spartian⁹ in vita Seueri Imperatoris negat queq̃ magnorũ virorũ bonum & vtilẽ filiũ reliquiſſe, q aut ſine liberis interierint, aut tales habuerĩt, vt meli⁹ fuerit humanis reb⁹ ſine liberis decedere. Nihil Romul⁹, nihil Numa Põpili⁹, qd Reip. vtile eẽ poſſet.

Victoria facit ferociores.

Geſtire.

Filij virorũ clariſſimorũ

Nihil Camillus Scipiones, Catones, qui magni fuerunt. Nihil Homerus, Demoſthenes, Virgilius, Salluſtius, Terentius, Plautus. Quid de Cæſare? Quid de Tullio? cui ſoli melius fuerat liberos non habere. Quid de Auguſto, qui ne adoptiuum quidē bonum filium habuit, quum illi eligendi poteſtas fuiſſet ex omnibus? Vindicaſti) i. liberaſti. In qua ſignificatione Cic. dicit lib. de Senectute. Eſt, inquit, ſenectus natura loquacior, ne ab omnibus eam vitijs videar vindicare. Gratulationibus) i. geſtis rebus & laudibus. Id quod ſequit̃ pro eo quod præcedit. Vnius) ſoli⁹. Comitatu) militū & ſociorū. Vt nulla ſit tropheis) Legendum arbitror vt ei nulla ætas. vt ſententia ſit, huic rei venuſtas finē allatura non eſt, quemadmodum tropheis tuis & monimētis allatura eſt. Trophæis monimentisq; tuis) tibi ob victorias & triumphos poſitis.

Vindicare

Nihil enim eſt opere, aut manu factū, quod aliquādo nō cōficiat, & cōſumat vetuſtas. At vero hęc tua iuſtitia, & lenitas animi, floreſcet quotidie magis: ita vt quantum opibus tuis diuturnitas detrahet, tantū afferat laudibus. Et cæteros quidem omnes victores bellorū ciuiliū iam ante pietate & miſericordia viceras, hodierno vero teipſum viciſti. Vereor vt hoc, quod dicam, perinde intelligi poſſit auditu, atq; ipſe cogitans ſentio, Ipſam victoriā viciſſe videris, cū ea illa quæ ipſa erat adepta, victis remiſiſti. Nam cū ipſius victoriæ conditione iure omnes victi occidiſſemus, clementiæ tuæ iudicio cōſeruati ſumus. Recte igitur vnus inuict⁹ es, a quo etiā ipſius victoriæ cōditio viſq; deuicta eſt. Atq; hoc C. Cęſaris iudiciū P. C. q̄ late pateat, attēdite. Omnes enim qui ad illa arma fato ſum⁹ neſcio quo reip. miſero funeſtoq; cōpulſi, & ſi aliqua culpa tenemur erroris humani, a ſcelere certe liberati ſumus. Nā cū M. Marcellū deprecātibus vobis, Reip. cōſeruauit: memet mihi, & itē reip. nullo deprecāte, reliquos ampliſſimos viros, & ſibiipſis, & patrię reddidit: quorū & frequētiā, & dignitatē hoc ipſo cōſeſſu videtis. Nō ille hoſtes induxit in curiā, ſed indicauit a pleriſq; ignoratione poti⁹, & falſo atq; inani metu, q̄ cupiditate aut crudelitate ciuile bellū ſuſceptū. Quo qdē in bello ſēp de pace agēdū, audiēdūq; eſſe putaui, ſempq; dolui nō mo

do pacem, ſed orationem etiam ciuium pacem efflagitan-
tium repudiari. Neque enim ego illa, nec vlla vnquam ſe-
cutus ſum arma ciuilia, ſemperq; mea conſilia pacis & to-
gæ ſocia, non belli atque armorum fuerũt. Hominem ſum
ſecutus priuato officio non publico, tantumq; apud me gra
ti animi fidelis memoria valuit, vt nulla non modo cupidi-
tate, ſed ne ſpe quidem prudens & ſciens tanquam ad inte-
ritum ruerem voluntarium.

Non conficiat & conſumat vetuſtas) Authore Lucretio, Minui rem quanque vi-
demus, & quaſi longinquo fluere omnia cernimus æuo, Ex oculiſq; vetuſtatem ſub-
ducere noſtris. Auſonius in Epigram. ad eandem fere ſcribit ſententiam, Miremur
periiſſe homines, monimenta fathiſcunt: Mors etiã ſaxis, nominibuſq; venit. Ope-
ribus tuis) id eſt trophæis & monimentis tuis, quæ opere & manu facta ſunt. Victo-
res bellorum ciuilium) Syllam, Marium, Octauium, Cinnam, Catulum, quorum vi-
ctorijs innumerabiles ciues occiſi ſunt, nec poſt victorias a ciuili ſanguine temperatũ
eſt. De his eſt in Ciceronis Inuectiua in Catilinam.iij. Pietate) in ciuitatẽ & Remp.
Ipſam victoriam viciſſe videris) Ex genere orationum earum eſt, quæ ſimul ve-
ræ aut falſæ eſſe non poſſunt. Nam ſi victoria eſt, eam non viciſti: ſi viciſti, victoria
non eſt. Similia illa ſunt Terentij in Eunucho, Omnia habeo, neq; quicquam habeo.
Nihil quũ eſt, nihil deſit tamen. Et Ciceronis in Diuinatione, Si tacent, ſatis dicunt.
Aſconius Pædianus, Tale eſt, inquit, illud in.j. Inuectiuarum in Catilinam lib. Q uũ
tacent, clamant. Et pro Marcello, Victoriam ipſam viciſſe videris. Et, Philoſophandũ
eſt, etiam ſi non philoſophandum. Hæc hoc loco nec oxymora, nec cacozela iudican-
da ſunt. Aut enim inferioribus aut ſuprapoſitis leniuntur. Vt eſt illud, Vereor, vt hoc
quod dicam, perinde intelligi poſſit auditu, atq; ego ipſe cogitãs ſentio. Hæc ille. At
illa arma) Pompeij. A ſcelere certe liberati ſumus) Nos enim Cæſar quos reſtituit,
hoſtes non iudicauit, nec crudelitate bellum a nobis ſuſceptum eſſe putauit. Q uod
ſi feciſſemus, ſcelus fuiſſet. Semper de pace agendũ) Credibile facit Cicero animũ Cę
ſaris a bellis ciuilibus ſemper alienũ fuiſſe, ꝙ poſt victoriã, continuo Ciceronẽ priſti-
nę dignitati vltro reſtituerit, ꝙ eũ pacis authorẽ ſemper cognouerit. Q̃ ſtudioſus pa
cis fuerit Cic. ſcribimus amplius pro Q. Lig. Id ad Atticũ lib. Epiſt. vij. Pacẽ, inquit,
hortari non deſiſto, quæ vel iniuſta vtilior eſt, ꝗ iuſtiſſimũ bellũ in ciuibus. Repu-
diari) a Cn. Põpeio. Cæſar pacis cupidus erat, & Cicero ſuaſor: eã tamẽ Põpeius aſper-
nabatur, vt in lib. Epiſt. fami. vij. ad M. Mariũ ſcribit Cicero. Illud diuina quadã volun
tate euenire arbitror, vt qui a pace abhorret, qui non iniuſtas pacis cõditiones ſuper-
be aſpernatur, is tandẽ vincatur. Id innumeralibus Ethnicorũ & Chriſtianorũ exem
plis comprobari poteſt. Concordia rerum deo, iucundiſſima eſt, qua & mundus vni-
uerſus & omnis regio, omnis ciuitas, & vniuſcuiuſq; ſalus cõtinetur. Ad hæc diuina
pręcepta huiuſmodi pacis & cõcordiæ vincula maxima ex parte cõplectũtur. Q uorũ

bellorum indignitas: quorum pars altera pacis cupida, altera ſuperba eſt, in hunc locum, cœptum meum curſum diuertit, quorum exitũ nobis propitium ſpero. Hominem) Pompeium. Grati animi) Pro Cicerone reuocando ab exilio Cn. Pompeius cõcionem habuit, cuius oratio tripertita fuit. Primo docuit po. Ro. Ciceronis conſilijs Remp. eſſe ſeruatam, eiusq; Ciceronis cauſam cum ſalute communi coniunxit, hortatusq; eſt populum, vt authoritatem Senatus, ſtatum ciuitatis, fortunas Ciceronis ciuis bene meriti defenderent. Deinde perorãdo poſuit populũ rogari a Senatu, rogari ab Italia cuncta. Poſtremo ipſe pro Ciceronis ſalute po. Rom. non rogauit ſolũ, verum etiam obſecrauit. author eſt Cic. in oratione quam habuit ad Quirites poſt reditum. In qua oratione dicit quãtum Pompeio debere ſe intelligat. Huic ego, inquit, homini Quirites tantum debeo quantũ hominem homini debere vix fas eſt. Prudens & ſciens) Authore Donato in Eunuchum Terent. diſtingũtur. Prudens eſt qui intelligentia ſua aliquid ſentit. Sciens qui alicuius indicio rem cognoſcit. Ergo prudens per ſeſe, ſciens per alios. Tanquam ad interitum ruerem voluntarium) De Pompeij victoria nũquam bene ſperauit Cicero, vti dicimus pro Q. Ligario, maluit tamen pudori famæq; cedere, q̃ ſalutis ſuæ rationem ducere. Itaq; Pompeium ſecutus eſt, cuius eum facti poenituit, non tam propter periculum ſuum, q̃ propter vitia multa quæ ibi offendit. Primum neq; magnas copias, neq; bellicoſas: deinde excepto duce paucisq; principibus, reliquos in bello rapaces, & in oratiõe crudeles, deinde amplissimorum virorum æs alienum, nihil deniq; boni præter cauſam ipſam Pompeij inuenit. Pompeius ſigna tyrone & collectitio exercitu cum Cæſaris legionibus robuſtiſſimis contulit. Victus turpiſſime, amiſſis etiam caſtris ſolus fugit. Hæc ſcribit Cicero ad M. Marium lib. Epiſt. familiarium vij.

Quod quidem meum conſilium minime obſcurum fuit. Nã & in hoc ordine integra re, multa de pace dixi, & in ipſo bello eadem etiam cũ capitis mei periculo ſenſi. Ex quo nemo erit tam iniuſtus rerum æſtimator, qui dubitet, quæ Cęſaris voluntas de bello fuerit, cũ pacis auctores conſeruandos ſtatim cenſuerit, cæteris fuerit iratior. Atq; id minus mirum videretur fortaſſe tum, cum eſſet incertus exitus, & anceps fortuna belli. Qui vero victor, pacis auctores diligit, is profecto declarat maluiſſe ſe nõ ~~non~~ dimicare, q̃ vincere. Atq; huius quidem rei M. Marcello ſum teſtis. Noſtri enim ſenſus, vt in pace ſemper, ſic tũ etiã in bello congruebant. Quoties ego eũ, & quãto cũ dolore vidi, cũ inſolẽtiã certorũ hominũ, tũ etiã ipſius victorię ferocitatẽ extimeſcẽtem? Quo gratior tua liberalitas C. Cęſar nobis, qui illa

vidimus,debet eſſe.Non enim cauſę iam ſunt inter ſe,ſed victoriæ comparandæ.Vidimus tuã victoriã præliorũ exitu terminatã,gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus.Quos amiſimus ciues,eos Martis vis perculit,nõ ira victoriȩ:vt dubitare debeat nemo,quin multos,ſi fieri poſſit,C. Cæſar ab inferis excitaret,quoniã ex eadem acie cõſeruat, quos poteſt.Alterius vero partis nihil amplius dicam,q̃ id quod omnes verebamur,nimis iracũdã futurã fuiſſe victoriam.Quidã enim non modo armatis,ſed interdũ etiã ocioſis minabantur.Nec quid quiſq; ſenſiſſet,ſed vbi fuiſſet, cogitandũ eſſe dicebãt. Vt mihi quidẽ videãtur dii immortales,etiã ſi pœnas a populo Ro.ob aliquod delictũ expetiuerint,qui ciuile bellũ tantũ,& tam luctuoſum excitauerũt, vel placati iam,vel etiam ſatiati, aliquãdo omnem ſpem ſalutis ac clementiam victoris & ſapientiam contuliſſe.

Integra re) .i.ante cœptum bellum ciuile.In ipſo bello).i.tempore ipſius belli. Capitis).i.vitæ. Senſi.i.ſententiã dixi.Tam iniuſtus rerum æſtimator.).i.tam malign⁹ laudator.Iniuſtus rerum ęſtimator eſt is,qui rei precium multo minus vel maius dicit.Pacis authores)vt Ciceronem.Statim).i.ilico poſt victoriã Pharſalicã. Cæteris).i. pacis inimicis & belli fautoribus. Maluiſſe ſe non dimicare q̃ vincere)Credibile facit.Nam ſi poſt victoriã authoribus pacis vltro ignouit, declarat ſe paci victoriã poſtponere.Noſtri ſenſus).i.animi noſtræ ſentẽtiæ, noſtra conſilia. Quanto cum dolore) id eſt quantum dolorẽ.Certorũ hominũ)qui Põpeium ſecuti erant. Ipſius victorię) Si Pompeius viciſſet.Nobis qui illa vidimus).i.qui victoriæ Pompeij ferocitatẽ præuidimus,a te autem,contra quẽ arma tulimus,tanta beneficia conſecuti ſumus.Cauſæ)tua Põpeij. Vidim⁹ & tuã victoriã) Cæſaris victoriã cõparat cũ Põpeij victoria,ſi ea potitus fuiſſet. Præliorum exitu terminatã).i.finitã cum prælijs,nec vllũ ciuem poſt prælia iuſſu tuo necatum,vt fecit Sylla,qui poſt victoriã ciues innumerabiles iuſſit occidi. Exitu præliorũ)id fuit Cæſaris in ciuibus Ro.cõſeruãdis ſtudiũ,vt in pugna Pharſalica quũ res Põpeij inclinatiores eſſent,ſeruari ciues eos qui Põpeium ſecuti fuerãt,imperauerit. Vagina vacuũ).i.ſtrictũ,& vt vulgo dicũt,euaginatũ.i.nullũ in vrbe interfici iuſſiſti.Eos Martis vis perculit).i.ij in prælio armati occiſi fuerũt.In Cæſaris enim victoria interijt nemo niſi armatus,vt ait Cicero pro Ligario.Multos ex ciuibus qui interierunt ab inferis excitaret).i. ad vitã reuocaret, & vt vulgo dicũt, reſuſcitari faceret.Multos ab inferis excitaret)Enthymema eſt ex cõſequentibus,vbi ſententiæ ratio ſubiuncta eſt.Alterius partis)id eſt Cn.Pompeij.i.nihil ex altera par

te dicam, niſi alterius partis victoriam malis coniungere. Omnes) nos q Pōpeium ſequebamur. Iracundam) i. ferocem futuram fuiſſe, ſi Pōpeius viciſſet. Ocioſis) id eſt ab armis quieſcentibus, nec vllo ſe belli negocio implicari volentibus. Pompeiani enim aduerſarios ſuos putabāt omnes, niſi qui ſecum eſſent: Cæſar vero aduerſarios eos ſolos qui contra eſſent. Qui igitur ocioſi fuiſſent, eos ſibi aduerſarios Pōpeiani putabant, Cæſariani non putabant, vt eſt pro Q. Ligario. Vt mihi quidem videātur) A religione noſtra hoc prorſus alienum non eſt. Nam populi peccato deus paulo offenſior ab eo pœnas expetit, luctuoſum enim bellum, aliudve quid ſimile excitari patitur, quo populus ipſe pœnas expendat. Poſtremo placatus meliore viuendi ratione, quod triſte & luctuoſum erat iucundiore exitu commutat. Vt) i. ita vt. Pœnas a po Ro. expetiuerint) i. po. Ro. punierint. Victoris) Cæſaris. Cauſam Cæſaris a diis probatam & adiutam Cicero ſignificat, vt dicit in Oratione pro Q. Ligario.

Deus hominū peccatis offenſus.

Quare gaude tuo iſto tam excellēti bono, & fruere cum fortuna & gloria, tum etiā natura & moribus tuis. Ex quo quidem maximus eſt fructus, iucunditasq; ſapienti. Cætera cum tua recordabere, & ſi perſæpe virtuti, tamen plerunq; felicitati tuæ gratulabere. De nobis quos in Rep. tecum ſimul ſaluos eſſe voluiſti, quoties cogitabis, toties de maximis tuis beneficiis, toties de mirabili liberalitate, toties de ſingulari ſapientia tua cogitabis. Quæ non modo ſumma bona, ſed nimirum audebo vel ſola dicere. Tantus eſt enim ſplendor in laude vera, tanta in magnitudine animi & conſilii dignitas, vt hæc a virtute donata, cętera a fortuna commodata eſſe videantur. Noli igitur in conſeruandis bonis viris defatigari, non cupiditate præſertim aut prauitate aliquā lapſis, ſed opinione officii ſtulta fortaſſe, certe non improba, & ſpecie quadam Reipub. Non enim culpa tua eſt, ſi te aliqui timuerunt: cōtraq; ſumma laus, q̄ pleriq; minime timendum fuiſſe cenſuerūt. Nunc venio ad grauiſſimā querelā, & atrociſſimā ſuſpicionē tuā, quæ non tibi ipſi magis q̄ cū omnib⁹ ciuibus, tū maxime nobis, qui a te cōſeruati ſumus, prouidēda eſt: quā etſi ſpero eſſe falſam, nunq̄ tamē verbis extenuabo. Tua enī cautio, noſtra cautio eſt: vt ſi in alterutro peccādū ſit, malim videri nimis timidus q̄ pa-

rum prudens. Sed quiſnam iſte tam demens qui ſcilicet tibi inſidiaretur? de tuis ne? tametſi qui magis ſunt tui, q̃ quibus tu ſalutē inſperātibus reddidiſti? An ex eo numero, qui vna tecum fuerunt? Non eſt credibilis tātus in illo furor, vt quo duce omnia ſumma ſit adeptus, huius vitam nō anteponat ſuæ. At ſi tui nihil cogitant ſceleris, cauendum eſt, ne quid inimici. Qui? Omnes enim qui fuerunt, aut ſua pertinacia vitā amiſerunt, aut tua miſericordia retinuerunt: vt aut nulli ſuperſint de inimicis, aut qui ſuperfuerūt, amiciſſimi ſint.

Natura & moribus tuis) vnde clementia hæc & ſapientia ingenita eſt. Maximus fructus eſt iucunditasq; ſapienti. Eſt enim ſapientis ſecūdum naturam viuere, quam ſi ſequemur ducem nunq̃ aberrabimus. Cato maior ſapiens ideo cognominatus eſt, q naturam ducem ſequeretur. de qua re alio loco plura. De nobis etiam) Hic liberalitatis & clementiæ fructus eſt, quem Cæſar quoties volet, percipiet. Nō modo ſumma bona) Summum bonum a ſolo bono differt. Summum enim bonum in comparatione dicitur eorum quæ minora ſunt. Solum bonum ſine vlla comparatione dicitur. Ideo Academici & Peripat. ſummum bonum in virtute collocabant, q etiā corporis & fortunæ bona exiſtimarent, ſed virtute multa leuiora. Stoici nullum bonum præter virtutem exiſtimantes, virtutem ſolum bonum eſſe dixerunt. Quæ liberalitatem & ſapientiam) In magnitudine animi & conſilij, quæ a ſapiētia proficiſcitur.

Commodata) Commodamus ad tempus, donamus perpetuo. Virtus perpetua eſt & immortalis, fortuna mutabilis. Virtus igitur donat, fortuna commodat. Cupiditate) i. ira vel odio tui. Odij ſuſpitionem adimit ijs qui Pompeium ſecuti ſunt, quo facilius inducat animum Cæſaris, vt reliquos bonos viros conſeruet. Opinione officij. Nam opinabantur id ſe facere quod e Rep. eſſet. Rei enim publicæ partes Cn. Pōpeius tutari putabatur. Aliqui) ij ſcilicet, qui Pompeium ſecuti ſunt. Senſerunt) poſt victoriam cognita incredibili tua liberalitate clementia & bonitate. Nunc venio) Cæſar in oratione quam habuit priuſq̃ Marcello ignoſceret, ſuſpicari ſe dixit eſſe qui ſibi inſidiarentur. Nihil eſſe ſuſpicandum Cicero oſtendit. Prouidenda) i. vitanda & cauenda. Terent. in And. Quæ ſi non aſtu prouidentur, me aut herum peſſundabunt. Authore Donato prouidemus nobis tam bonum q̃ malum. Vt ſi quis eminus veniens telum prouiderit atq; cauerit. Vel ſuſpicio prouidenda eſt) i. præbendū ſuſpitioni remedium eſt. Spero) i. arbitror. Tua enim cautio noſtra cautio eſt) i. ſi cauemus vitæ tuæ, noſtræ itidem cauemus. Ex te enim vita noſtra pendet. Nimis timidus) i. q vitæ tuæ nimis timeam, ideoq; nimis caueam. Q parum prudens) quod nihil timeam, nihil contra te tentari ſuſpicer. Iſte tam demens? de tuis ne?) In codicibus alijs ita legitur, Iſte tam demēs, qui ſcilicet tibi inſidiaretur? De tuis ne? Argumētum ex remotione. Hoc modo aliquis tibi vt ais inſidiatur. Is ergo eſt ex ijs vel qui in ciuili bello fuerunt pro te, vel contra te. Nil metuendum ab ijs qui pro te fue-

Prouidere.

runt,nam te duce omnia ſumma adepti ſunt. Relinquitur ergo ab iis qui contra te fuerunt. Sed ex iis,qui pertinaces fuerunt hi in acie occiderunt: qui vero non fuerũt, miſericordia tua ſeruati facti ſunt tibi amiciſſimi. Ex quo nullum eſſe qui tibi inſidietur colligitur. De tuis ne?)id eſt an ex eo numero qui vna tecum fuerunt? Ex quibus etiam)id eſt q̄ illi qui Pompeium ſecuti ſunt,quibus tu ignouiſti. Nihil cogitant ſceleris)id eſt inſidiarum. Vitam amiſerunt)id eſt armati in acie occubuerũt.

Sumlatio

Sed tamē,cũ in animis hominũ tantę latebræ ſint,& tãti receſſus,augeamus ſane ſuſpitionē tuã:ſimul enim augebimus & diligẽtiã.Nã quis eſt oĩm tã ignarus rerũ, tã rudis in Rep.tã nihil vnq̄ nec de ſua, nec cõmuni ſalute cogitãs, qui nõ intelligat tua ſalute cõtineri ſuã?& ex vnius tui vitã pendere omniũ?Equidem dies noctesq;,de te(vt debeo)cogitans,caſus duntaxat humanos & euentus incertos valetudinis,& naturæ cõmunis fragilitatē extimeſco, doleoq; cũ Reſp.immortalis eſſe debeat,eam in vnius mortalis anima cõſiſtere.Si vero ad humanos caſus incertosq; euẽtus valetudinis,ſceleris etiam accedat inſidiarũq; cõſenſio,quē deũ, etiã ſi cupiat,opitulari poſſe Reip.credamus? Omnia ſunt excitãda tibi C.Cæſar vni,quę iacere ſentis belli ipſius impetu,q̃d neceſſe fuit,percuſſa atq; proſtrata: conſtituẽda iudicia,reuocãda fides,cõprimendæ libidines,propagãda ſoboles:omnia,quæ delapſa iã fluxerũt,ſeueris legibus vincienda ſunt.Non fuit recuſandũ in tanto ciuili bello,tãtoq; animorũ ardore & armorũ, quin quaſſata Reſp.quicũq; belli euentus fuiſſet,multa perderet & ornamenta dignitatis, & præſidia ſtabilitatis ſuæ: multaq; vterq; dux faceret armatus,quę idē togatus fieri prohibuiſſet.Quæ quidē tibi nũc omnia belli vulnera ſanãda ſunt, quibus præter te mederi nemo poteſt.Itaq; illã tuam præclariſſimã & ſapientiſſimã vocē inuitus audiui,Satis te diu vel naturę vixiſſe,vel glorię.Satis,ſi ita vis,naturæ fortaſſe:addo etiã ſi placet,glorię.At, quod maximũ eſt,patrię certe parũ. Quare omitte quæſo iſtam doctorum hominum in contemnenda morte

prudétiā. Noli noſtro periculo ſapiens eſſe. Sæpe enim venit ad aures meas, te idem iſtuc nimis crebro dicere, Satis te tibi vixiſſe, Credo, ſed tūid audiré, ſi tibi ſoli viueres, aut ſi tibi etiā ſoli natus eſſes. Nūc cum omniū ſalutē ciuium, cunctáq; Rép. res tuæ geſtæ complexæ ſint, tantum abeſt a perfectione maximorū operū, vt fundamenta, quæ cogitas, nondū ieceris. Hic tu modū vitæ tuæ nō ſalute reipub. ſed æquitate animi definies? Quid? ſi iſtud, ne gloriæ tuę quidē ſatis eſt? cui[9] te eſſe auidiſſimū, quis ſis ſapiēs, nō negabis.

In animis hominū tantæ latebræ ſunt) id eſt tanta eſt hominum diſſimulatio. Hominem a Vulcano cōpoſitū, quū Momus inſpiceret artificē reprehēdit, q̄ in pectore feneſtras aut oſtiola quædam nō addidiſſet, quo perſpici poſſet, quid in corde lateret, quod illi ſpecioſum alioqui, multiſq; receſſib[9] ſinuoſum finxiſſet. In animis hominum) Si ad cor hominis referatur, id ſit ſecundū eorū ſententiā, qui cor hominis animum eſſe dicant, vt eſt in lib. Tuſcul. quæſt. j. Quē deum, etiam ſi cupiat) Significat nullū eſſe qui Cæſaris vitæ inſidietur, nec deū vllū eſſe paſſurū, q̄ eius cauſam dij ad iuuerint, qui placati & ſatiati omnem ſpē ſalutis populi Ro. ad clemētiā victoris atq; ſapientiā contulerunt. Dijs igitur Ceſaris vita chara eſt, quam ſi quis per inſidias adimeret, ipſum dij tutari non poſſe viderentur. Omnia ſunt excitanda) Ciuili bello ciuitatis ſtatus mutatus eſt, iudicia ſublata ſunt, legum vis oppreſſa, improbitas atq; audacia dominabatur. Cæſarē hic hortatur Cicero, vt Rēp. cōſtituat, ordinetq;. Excitare.

Excitanda quæ iacere ſentio) Excitari quæ iacent, ex vſu a doctis dicuntur, vt excitare feras, excitare ab inferis. Perculſa iudicia) Nam perculſi Iudices iudicare non audebant. Fides) i. creditæ pecuniæ ſolutio. Libidines) i. improbitates, quæ in vrbe graſſantur, vt ſpoliationes, bonorum direptiones, rapinæ, cædes, adulteria, aliaq; generis eiuſdē, quæ in ciuitate fiunt, quum proſtrata ſunt iudicia. Propagāda ſoboles) Nam in bellis ciuilibus permulti ciues interiere in Macedonia, in Hiſpania, in Africa. Propagādæ ſobolis tanta Romæ cura fuit, vt Cenſores prohiberent, ne qui ciues viuerent coelibes. Vincienda) i. firmāda. Non fuit recuſandum) i. renuendū, quia aliter fieri non potuiſſet. Quicunq; belli euentus fuiſſet) i. ſiue Cæſar, ſiue Pompeius victor fuiſſet, ſiue inter eos de pace tandem conueniſſet. Itaq; illam tuam etiā) Cæſar quum de inſidijs quas ſibi putabat fieri quæreretur, ſe dixit ſatis naturæ & gloriæ vixiſſe. Id ſatis non eſſe Cicero oſtendit, q̄ patriæ itidem viuere debeat, cui etiā natus ſit. Authore Suetonio Cæſarem ferunt dicere ſolitū non tam ſua q̄ Reip. intereſſe vti ſaluus eſſet, ſe iampridem potentiæ gloriæq; abunde adeptum. Remp. ſi quid ſibi eueniret, neq; quietā fore, & aliqn̄ deteriore cōditione ciuilia bella ſubiturā. Satis vixit naturę is q̄ ſatis longam a natura vita accepit: Satis vixit glorię, qui in vita gloriam ſatis magnā ſibi cōparauit. Doctorū hominū) i. Stoicorū, qui mortem contēnendā eſſe diſputant, de qua diſputatio eſt libro Tuſcul. quæſt. j. Audirem) id eſt crederem Cæſaris dictum.

vt in .j. de Offic. Nec audiendi ſunt, qui grauiter inimicis iraſcēdum putāt. Modum) id eſt finem. Aequitate animi) q; ſcilicet mortem ęquo animo laturus ſit. Cuius te eſſe auidiſſimum) C. Cæſarem incredibili gloriæ cupiditate inflammatū ſemper fuiſſe multis in locis Cicero ſcribit. Quis ſit ſapiens) Viri ſapientis non eſt expetere gloriam, quæ tamen ita virtutem, vt corpus, vmbra ſequitur.

Parum ne igitur, inquies, gloriā magnam relinquemus? immo vero aliis, q̄uis multis, ſatis, tibi vni parū. Quicquid eſt enim q̄uis amplum ſit, id parū eſt tum, cum eſt aliquid amplius. Quod ſi rerum tuarum immortaliū C. Cæſar hic futurus exitus fuit, vt deuictis aduerſariis Remp. in eo ſtatu relinqueres, in quo nūc eſt, vide, quęſo, ne tua diuina virtus admirationis plus ſit habitura q̄ gloriæ. Siquidem gloria eſt illuſtris, ac peruagata multorum & magnorū, vel in ſuos ciues vel in patriam vel in omne genus hominum fama meritorum. Hæc igitur tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus, in hoc elaborandum eſt, vt Rēp. cōſtituas, eaq; in primis tu cōpoſitā ſumma trāquillitate & ocio perfruare. Tū te, ſi voles, cum & patriæ, quod debes, ſolueris, & naturam ipſam expleueris ſatietate viuendi, ſatis diu vixiſſe dicito. Quid enim eſt omnino hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremū? quod cū venerit, omnis voluptas pręterita pro nihilo eſt habēda: quia poſtea nulla futura ſit, q̄q̄ iſte tuus animus nūq̄ his anguſtiis, quas natura nobis ad viuēdū dedit, cōtētus fuit. Sēper immortalitatis amore flagrauit. Nec vero hæc tua vita dicēda eſt, quę corpore & ſpiritu cōtinet. Illa inquā, illa vita eſt tua Cæſar, quæ vigebit memoria omniū ſeculorū, quā poſteritas alet, quā ipſa æternitas ſemp intuebitur: huic tu inſeruias, huic te oſtētes oportet, quę quidē q̄ miretur, iāpridē multa habet: nunc etiā, q̄ laudet expectat. Obſtupeſcent poſteri certe imperia, prouincias, Rhenum, Oceanū, Nilū, pugnas innūerabiles, incredibiles victorias, monimenta, munera, triūphos audientes & legentes tuos,

Quis multis).i.quātumuis multis. Satis)magnam. Parum)magnam,quia tibi maiorem parare poſſis. Plus admirationis)propter res geſtas q̄ gloriæ, propter ſtatum reip.bellis ciuilibus quaſſatum non reſtitutū. Illuſtris ac ꝑuagata fama multorum meritorū).i.beneficiorū. Reliqua pars eſt).i.reſtat. Hic reſtat actus).i.hoc opus agendū tibi reſtat. Quum patriæ quod debes ſolueris).i.quum patriæ ſatis feceris, cui tu natus es.Si autem tum ſatisfeceris,quum eam conſtitueris. Pro nihilo eſt) In alijs codicibus melius legitur, pro nihilo eſt habenba. Immortalitatis amore)quæ gloria vera comparari ſolet,quæ ſola breuitatem vitæ conſolatur:quę efficit,vt abſentes adſint,mortui viuant,cuius gradibus etiam homines in cęlū aſcendiſſe videātur, vt ait Cicero pro Milone. Illa vita eſt tua)quam tibi immortalem gloria peperiſti.

Serui re & Inſeruire.

Huic tu inſeruias) Seruire & inſeruire præter vulgatam ſignificationem eſt obſequendo & curando rem aliquam facere ampliorem aut meliorem,vt ſeruire corpori ægroti dicuntur,quum curant vt depulſo morbo vires reuocent.Cicero in libro Epiſtolarum Familiar.xvj.Omnia depone,corpori ſerui,quantam diligētiā in valetudinem tuam contuleris,tanti me fieri a te iudicabo. Alijsq; multis rebus hoc verbum a Cicerone accommodatur.vt in eodem libro,Spero ex tuis literis tibi melius eſſe,cupio certe:cui quidem rei omni ratione cura vt inſeruias. Libro.xiiij.Vt id quod ſperas,& quod agis conſequamur,ſerui valetudini.De Officijs libro tertio.Cuiq; ſuæ vtilitati,quod ſine alterius injuria fiat, ſeruiendum eſt.Pro Sex.Roſcio,Patresfamiliæ, qui liberos habent,præſertim homines illius ordinis ex municipijs ruſticanis, nonne optatiſſimum ſibi putant eſſe filios ſuos rei familiari maxime ſeruire,& in prędijs colendis operę plurimum ſtudijq; conſumere? De Oratore libro ſecūdo.Si ęrarij copijs & ad belli adiumenta,& ad ornamenta pacis vtimur,vectigalibus ſeruiamus.Libro Epiſtolarum Familiarium.iiij.Quum de tuis rebus geſtis agebatur,inſeruiebam honori tuo.In Oratione poſt reditum ad Quirites,Sic vlciſcar facinora ſingula,quemadmodum a quibuſq; ſum prouocatus,malos ciues,Rempub.bene gerendo:perfidos amicos,nihil credendo atq; omnia cauendo:inuidos,virtuti & gloriæ ſeruiendo. Dolori ſuo ſeruire idem dicit in Diuinatione pro dolorem ſuum ſatiare,Qui,inquit, iniurias ſuas perſequi volunt,dolori ſuo non Reip.commodis ſeruiunt. Huic igitur tuæ vitæ quæ vigebit memoria ſeculorum omnium inſeruias) id eſt Remp.conſtituendo hanc efficias illuſtriorem.Vel huic æternitati inſeruias,& ſeruientis more obſequare. Quæ miretur) tuas res geſtas ſcilicet. Quæ laudet) ſi conſilio tuo Reſp. fuerit ordinata. Imperia)id eſt quoties & quibus in bellis fueris Imperator. Prouincias)quæ tibi decretæ ſunt,vt Prætori Hiſpania, & Conſuli Gallia. Rhenum) fluuium,quem latiſſimum & rapidiſſimum Cæſar pōte iunxit,vt exercitum ex Gallia in Germaniam traiſceret. Oceanum) per quem occiduum primus Romanorū tranſportauit exercitum,vt in Britania bellum gereret,quam extra orbem terrarum creditam Romano imperio adiunxit. Pugnas innumerabiles) Nam authore Plinio libro ſeptimo,quinquagies ſignis collatis cum hoſte pugnauit. Incredibiles victorias) Nam pręter ciuiles victorias vndecies centum & nonaginta duo millia hominum in pręlijs ab eo occiſa ſunt,vt ait Plinius. Monimēta)vt ſtatuas.C.Cæſar poſt ciuiles victorias omnibus ſe formidabilē atq; placabilem,qualē ante ſe nemo præſtitit.Eam ob rē omne genus honorū,qui dijs nō hominibus pręſtari ſolēt,in ſacris,in

Cæſaris honores.

ludis,in monimentis,in templis,in locis publicis,per tribus,per vniuerſas nationes, per Reges nomini Romano amicos,in cum ſine modo certatim collatum eſt.Figu rę multiformes ſtatuis eius inſcriptæ,quarum nonnullæ tanq̃ ſeruatoris patriæ coronis quernis ornatæ ſunt,quibus olim ciuem Romanũ ſeruantes donabantur. Appellatus eſt Pater patriæ,factus eſt Dictator perpetuus, & Cos.in decennium proximum.Corpus eius ſacroſanctum habitum eſt.Templa ei plurima veluti deo publicis decretis conſtituta ſunt.Hæc aliaq; multa apud Appianum libro de Bellis Ciuilibus.ij. Munera)quæ militibus ob fortitudinem dari ſolent. Triumphos) quos egit quinq;.Primum & excellentiſſimum Gallicum,alterum Alexandrinum,deinde Ponticum,hinc proximum Africanum, poſtremum Hiſpanienſem, vt author eſt Suetonius.Orationes duæ extant a C.Cæſare de Repub.ordinanda excriptæ, vt arbitror,ex libris hiſtoriarum Salluſtij.In poſteriore illa verba ſunt ab hac Ciceronis ſententia nihil aliena.Hac tempeſtate tametſi domi millitięq; præclara facinora egiſti,tamen gloria tua cum multis viris fortibus æqualis eſt.Si vero vrbem ampliſſimo nomine & maximo imperio prope iam ab occaſu reſtitueris,quis te clarior,quis maior in terris fuerit?

Sed niſi hæc vrbs ſtabilita tuis conſiliis & inſtitutis erit, vagabitur modo nomen tuũ longe atq; late, ſedẽ quidem ſtabilẽ,& domiciliũ certũ non habebit.Erit inter eos etiã qui naſcentur,ſicut inter nos fuit magna diſſenſio:cũ alii laudibus ad cęlũ res tuas geſtas efferẽt,alii fortaſſe aliqd requirent,idq; vel maximũ,niſi belli ciuilis incẽdiũ ſalute patriæ reſtinxeris : vt illud fati fuiſſe videatur, hoc conſilii.Serui igitur iis etiam iudicibus,qui multis poſt ſeculis de te iudicabũt:& quidẽ haud ſcio,an incorruptius q̃ nos.Nam & ſine amore,& ſine cupiditate:& rurſus ſine odio,& ſine inuidia iudicabũt.Id aũt,etiã ſi tunc ad te,vt quidã falſo putãt, non pertinebit:nũc certe pertinet,te eſſe talẽ,vt tuas laudes obſcuratura nulla vnq̃ ſit obliuio.Diuerſæ volũtates ciuiũ fuerũt,diſtractæq; ſentẽtię.Nõ enim cõſiliis ſolũ & ſtudiis, ſed armis etiã & caſtris diſſidebamus. Erat autem obſcuritas quędã,erat certamẽ inter clariſſimos duces.Multi dubitabant,quid optimum eſſet,multi quid ſibi expediret,multi quid deceret,nonnulli etiã quid liceret. Perfuncta Reſp.eſt hoc miſero fataliq; bello. Vicit is, qui non fortuna inflam-

magret odium ſuum, ſed bonitate leniret: neq; omnes, quibus iratus eſſet, eoſdẽ etiam exilio, aut morte dignos iudicaret.

Modo) id eſt tantũmodo. Requirant) id eſt quod non fuerit, & eſſe debuerit deſiderabunt. Illud bellũ ciuile) Hoc ciuile bellum ſalute patriæ reſtinctum. Iȷs etiam iudicibus) id eſt poſteris. Haud ſcio an incorruptius q̄ nos) id eſt neſcio certe, ſed tamen puto incorruptius. In qua re Cicero ſolet dicere haud ſcio: nõ omnino pro neſcio, in qua re dicit plerunq; Quintilia. Et ſine amore & ſine cupiditate &c.) Omneis homines, vt ait Cæſar apud Salluſtium, qui de rebus dubijs conſultant, ab odio, amicitia, ira, atq; miſericordia vacuos eſſe decet. Nam haud facile animus verum prouidet, vbi illa officiunt &c. Sine cupiditate delectandi) i. ſine adulatione. Rurſus) i. contra. In qua ſignificatione a Quint. ſæpiꝰ q̄ a Cicerone dicitur. Sine odio & inuidia) Salluſtius in oratione poſteriore ad C. Cæſarem de ordinãda Rep. Si tibi, inquit, bona libido fuerit patriæ parentibus gratificandi, poſtero tempore Rep. reſtituta, ſuper omnes mortales gloria agnita, tua vnius mors vita clarior erit. Nam viuos interdum fortuna, ſæpe inuidia fatigat. Vbi anima naturæ ceſſit, demptis obtrectatoribus ipſa ſe virtus magis magiſq; extollit. Etiam ſi tunc ad te non pertinebit) Apud Ethnicos veteres erant qui animum mortalem eſſe crederent, eumq; ſimul cũ corpore extingui. In ea ſententia fuit C. Cæſar. Is apud Salluſtium, De pœna, inquit, poſſum equidem dicere id quod res habet, In luctu atq; miſerijs mortem ærumnarum requiem non cruciatum eſſe, eam cuncta mortalium mala diſſoluere. Vltra neq; curæ, neq; gaudio locum eſſe. Tunc ad te non pertinebit) id eſt mortuo animo & corpore non ſenties. Res ad mortuos pertinere dicimus eas, quarum ſenſum animi mortuorum habeant. Cicero in libro Tuſculanarum Quæſtionum primo. Serit, inquit, arbores, quæ ſeculo alteri proſint, vt ait Statius in Synephebis, quid ſpectant niſi etiam poſtera ſecula ad ſe pertinere? Idem, Q; ſi omniũ conſenſus naturæ vox eſt, omneſq; qui vndiq; ſunt, conſentiunt eſſe aliquid, quod ad eos pertineat, qui e vita exceſſerint, nobis quoq; idem exiſtimandum eſt. Item paulo infra, Maxime veriſimile eſt, quum optimus quiſq; maxime poſteritati ſeruiat, eſſe aliquid, cuius is poſt mortẽ ſenſum ſit habiturus. Vt quidam falſo putant) Cæſarem idem ſenſiſſe dicit Cicero lib. Inuectiuarum in Catilinam. iiij. ſed nomini Cæſaris hic parcit, ne eius a ſe animũ alienet. Diuerſæ voluntates) In bello ciuili. Non enim conſilijs ſolum & ſtudijs, vt perſæpe factũ eſt inter viros clariſſimos, qui ſuo ſtudio tueri Remp. voluerũt. Qualis fuit authore Cicerone lib. de Offic. j. inter P. Africanum & Q. Metellum ſine acerbitate diſſenſio. Fortuna) i. victoria, quæ natura inſolens & ſuperba eſt. Q; alij furore non fortuna legant, non placet lectio. Bonitate) i. humanitate & miſericordia.

Arma ab aliis poſita, ab aliis erepta ſunt. Ingratus eſt iniuſtuſq; ciuis, qui armorũ periculo liberatus, animũ tñ retinet armatũ, vt etiã ille ſit melior, qui in acie cecidit, q̄ qui in cauſa animam profudit. Quę enim pertinacia quibuſdã,

Pertinet res ad mortuos.

eadem aliis conſtantia videri poteſt. Sed quia iam omnis fracta diſſenſio eſt armis, extinctaq; æquitate victoris, reſtat vt omnes vnum velint, qui habent aliquid, non ſolū ſapientiæ, ſed etiam ſanitatis. quia niſi te C. Cæſar, ſaluo etiā in iſta ſentētia, qua cum antea, tum hodie vel maxime vſus es, manente, ſalui eſſe non poſſumus. Quare omnes te, qui hæc ſalua eſſe volumus, & hortamur, & obſecramus, vt vitæ, vt ſaluti tuę conſulas, omneſq; tibi (vt pro aliis etiam loquar) quod de meipſo ſentio, quoniam ſubeſſe aliquid putas quod cauēdum ſit, non modo excubias & cuſtodias, ſed etiam laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur. Sed vt vnde eſt orſa, eodem terminetur oratio mea. Maximas tibi omnes gratias agimus C. Cæſar, maiores etiam habemus. Nam omnes idem ſentiunt, quod ex omnium precibus & lachrymis ſentire potuiſti: ſed quia nō eſt aſtantibus omnibus neceſſe dicere, a me certe dici volunt, cui neceſſe eſt quodam modo, & quod volunt, & quod fieri decet, & quod M. Marcello a te huic ordini, populoq; Ro. & Reipub. reddito, præcipue id a me fieri debere intelligo. Nam lætari omnes, non vt de vnius ſolum, ſed vt de communi omnium ſalute ſentio. Quod autem ſummæ beneuolentię eſt, quę mea erga illū omnibus ſemper nota fuit, vt vix C. Marcello optimo & amantiſſimo fratri, pręter eum quidē cederē nemini: cū id ſolicitudine, cura, labore, tādiu pręſertim, q̄diu eſt de illius ſalute dubitatū: Certe hoc tempore magnis curis, moleſtiis, doloribus liberatus pręſtare debeo. Itaq; C. Cęſar ſic tibi gratias ago, vt me rebus omnibus a te nō cōſeruato ſolū, ſed etiā ornato, tamē ad tua innumerabilia in me vnum merita, quod fieri iam poſſe non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus acceſſerit.

FINIS.

Arma ab alijs poſita) Nam victo Pompeio alij omnino quieuerunt, alij pertinaciter arma retinentes Scipionem & Catonem in Africam ſecuti ſunt, quibus victis arma detracta ſunt. Ponere arma pro deponere. Vt in primo de Officijs, Quum ijs quos vi deuiceris conſulendum eſt, tum ij qui armis poſitis ad imperatorum fidem confugiunt, quamuis murum acies perculſerit, recipiendi ſunt. Vt ponere veſtem pro deponere idem dicit in libro Tuſculanarum Quæſtionum primo, Tum iuuenes ij quos modo nominaui, veſte poſita corpora oleo perunxerunt. Item libro quinto, Is cum pila ludere vellet, ſtudioſe enim id factitabat, tunicamque poneret adoleſcentulo quem amabat, tradidiſſe gladium dicitur. Idem libro tertio, ponere curam & ponere dolorem pro deponere dicit. Armorum periculo liberantur ij, quibus ignoſcit victor, quamuis contra ſe armati fuerint. Arma enim victis periculum vitæ afferunt.

Ponere pro deponere.

Animum armatum) id eſt hoſtilem. Qui in acie cecidit. id eſt qui pertinaciter arma retinens in prælio occubuit. In cauſa) quum poſt victoriam, res agitatur & ſontes puniuntur. Cicero enim libro de Officijs primo. magni eſſe viri dicit parta victoria rebus agitatis punire ſontes, & multitudinem conſeruare. Idem libro Epiſtolarū Familiarium ſexto ad Q. Ligarium ſcribit Cæſarem Africanæ cauſæ iratiorem eſſe. Animam profudit) id eſt occiſus eſt, quod animum armatum retineret. Profundere animam dicitur ex ſententia Empedoclis, qui, vt ait Cicero in libro Tuſculanarum quæſtionum primo. animam eſſe putauit cordi ſuffuſum ſanguinem. ex hac ſententia dixit Virgilius lib. Aeneid. ix. Purpuream vomit ille animam. Alijs conſtantia) vt ijs qui in cauſa animam profuderunt, retinere armatum animum conſtantia videtur, quum pertinacia ſit. Vitia enim permulta ſunt quæ virtutes eſſe videantur. vt audacia, fortitudo, malitia, prudentia, pertinacia, conſtantia. Diſſenſio pertinacium armis facta eſt) aliorum Cæſaris victoris æquitate extincta eſt. Omnes vnum velint) id eſt conſentiant. Sanitatis) id eſt ſani animi & conſilij. Tum hodie, quum Marcello ignouiſti. Aliquid ſubeſſe) id eſt aliquid inſidiarum latere. Laterum noſtrorum oppoſitus & corporum pollicemur) id eſt pollicemur nos ita fortiter ſalutem tuam tutaturos, vt latera noſtra & corpora inimicis tuis prius obijciamus, q̄ ipſi te petant. Vt Xenocratem dixiſſe Laertius tradit, Quum enim Platoni Dioniſius diceret fore, vt ei caput aliquis ſecaret, Nullus, inquit, Xenocrates qui Platonis auditor erat, caput ei prius abſcindet q̄ mihi abſciſſum fuerit. Non ita diſſimile illud Ciceronis in Paradox. dictum de P. & Cn. Scipionibus, quod Carthaginenſium aduentum corporibus ſuis intercludendum putauerunt. Authore Plutarcho in vita Cæſaris, Obſecrabant Cæſarem amici, vt præſidio corpus muniret. Ad id operam ſuam quum multi pollicerentur, facere noluit, ſatius eſſe dicens mori ſemel q̄ aſſidua expectatione pendere. Maiores etiam habemus) Quamuis habere & referre gratiam, habendam & referendam dicere ſolitus Cicero ſit, hic tamen ne gratiam repeteret, maiores dixit. Habere & referre gratiam apud veteres quoque ſæpius dici inuenias, ſed nonnunquam habere & referre gratias inuenire licet.

Cæſaris dictum.

Sentire) id eſt percipere & videre. De vnius) Marcelli. Quæ mea) beneuolentia. Erga illum) Marcellum. Vt vix M. Marcello) C. Marcello legi debet qui Marci frater fuit, vt ante dictum eſt. Ea ſententia eſt, M. Marcellum tantum amo. vt vix fratri eius cedam, & certe præter eum cedam nemini. Quum id ſollicitudi-

ne)Ordo eſt,quum tandiu præſtiterim ſollicitudine,cura,labore,q̄diu eſt de illius ſalute dubitatum,præſtiterim,inquam,id quod ſummæ beneuolentiæ eſt,&c. Q̄diu eſt de illius ſalute dubitatum)id eſt antequam ignouiſſet Cæſar Marcello. Sed etiam ornato)Ciceroni enim dignitatem priſtinam Cæſar reſtituit. Hoc tuo facto) q̄ Marcellum reſtitueris.

FRANCISCI SYLVII AMBIANI IN M. CICERONIS ORATIONEM PRO Q. LIGARIO ARGVMENTVM.

Q. Ligariꝰ.

Q.Ligarius cum Cos.C.Conſidio Legatus in Africam profectus eſt. Decedēs inde Conſidius recuſantem eum & inuitum prouinciæ præfecit.Quo tempore huic prouinciȩ prȩerat Ligarius ciuile bellum inter Pompeium & Cæſarem exarſit. Afri tumultuantes aliquem ducem bello quȩrebāt. Interim P.Actius Varus,qui antea Prȩtor Africam obtinuerat,Vticam venit,ad eū concurſum eſt. Is non mediocri cupiditate arripuit imperium.Sibi adiunxit Regem Numidiæ Iubam cum exercitu.In Africa tum remanſit Q.Ligarius.L.Tuberonem Senatus Pompeio fauens miſit in Africam ad eam prouinciam obtinendam.Eam a Varo occupatam inuenit,quia ex morbo recens releuatus tardius iter fecerat.Ea prohibitus cum filio Q. Tuberone ad Cn.Pompeium venit in Macedoniam in caſtra.in Pharſalica pugna Tuberones contra Cæſarem pugnauerunt. Victo Pompeio multi in Africam ad exercitum ibi paratum tranſiuerunt,quos Cæſar perſecutus vicit.Multis Cæſar ignouit,eosq; priſtinæ dignitati reſtituit. Q.Ligarius metuens ne quid iratum ſibi haberet Cæſarem , in exilio manſit.Cicero,duo Ligarij fratres,T.Brocchus eius auunculus,C.Panſa,alijq; multi Cȩſarem ſæpe domi deprecati ſunt,vt Ligario ignoſceret.Q. Tubero L.F.adoleſcens, cui vt patri Cæſar ignouerat,Ligarium apud Cæſarem pro tribunali ſedentem in foro accuſauit,ne is ei ignoſceret.Eum Cicero hac oratione defendit.Et quia Tuberoni Ci

P. Actius Varus.

L. Tubero

T Brocchꝰ.

cero neceſſarius erat, ne quid eam neceſſitudinem violare videatur, multis in locis ſolicitum agit. Itaque cauſam quoque ſuam perſæpe admiſcet, cum cauſa Tuberonis. Re igitur & Tuberonem contra Cæſarem ſumpſiſſe arma confitetur, quæ Ligarius non ſumpſit. Tuberonis q̄ Ligarij cauſam dicit fuiſſe deteriorem. Quum enim miſſus eſt Ligarius in Africā, tum parere Senatui neceſſe fuit, quū miſſus eſt Tubero, Senatui paruit nemo, niſi qui voluit. Exorto bello ciuili neceſſe Ligario fuit in Africa remanere, Tuberonibus in Africam venire neceſſe non fuit. In Africa Ligarius, vti Romæ eius fratres, Cæſaris ſtudioſus fuit: Tuberones contra Cæſarem in Africam veniebant, quam Pompeio tradituri erant, niſi a Varo excluſi fuiſſent. Quū igitur Tuberonis q̄ Ligarij cauſa deterior ſit, Tuberonem crudelem oſtendit, ſi Ligarij ciuis Romani ſanguinem petat: crudeliorem, ſi petat ei ne Cæſar ignoſcat.

¶ Deprecatur etiam Cæſarem tanquam parentem non iudicem, vt innata ſua clementia Ligario ignoſcat, vt amicorum, Sabinorum, T. Brocchi, vtriuſque fratrum, populiq; Romani precibus eum condonet. Genus cauſæ iudicialis eſt: habet enim accuſationem Tuberonis, & defenſionem Ciceronis. Huic defenſioni adiuncta deprecatio eſt. Defenſio autem in Ligarij innocentia, deprecatio in Cæſaris clemētia fiduciam habet maximam, quam Cicero in hac oratione commendat ampliſſime. Status cauſæ coniecturalis eſt, Nam vt ait Quintilianus libro ſeptimo, in coniecturam cadit, qua mente Ligarius in Africa fuerit. Idem libro vndecimo illud de Tuberonis actione dicit, quod aliquantum valet ad cognoſcendā cauſæ quæſtionem, quæ ex defenſione ſola cognoſci tota non poteſt. Tubero, inquit, iuuenem ſe parti hæſiſſe: illum a Senatu miſſum non ad bellum, ſed ad frumētum coemendum ait, vt primum licuerit a patribus receſſiſſe Ligarium, & perſeueraſſe, & non pro Cn. Pompeio, inter quem & Cæſarem dignitatis fuerit contētio, quum ſaluam vterq; Rempublicam vellet, ſed pro Iuba atque Afris inimiciſſimis pop. Rom. ſtetiſſe. Hæc ille. C. Cæſar libro Commentariorum de bello Ciuili primo ſcribit, L. Tuberonem cum nauibus Vticam venientem ab Actio, qui Africam occupauerat, portu atque oppido prohibitum, nec paſſum eſſe Varum, vt filium valetudine affectum in terram Tubero exponeret. Cicero libro Epiſtolarum familiarium ſexto, ad Q. Ligarium ſcribit, Cæſarem Africanæ cauſæ iratiorem eſſe, diutiusque velle eos haberi ſolicitos, a quibus ſe putat diuturnioribus eſſe moleſtijs conflictatum. Sed hoc, inquit, ipſum intelligimus eum quotidie remiſſius & placatius ferre. Quam iratus Ligario Cæſar fuerit, quantaque fuerit vis huius orationis, Plutarchus in vita Ciceronis ad hanc fere ſcribit ſentētiam. Fertur, inquit, in cauſa Q. Ligarij, qui & ipſe vnus ex aduerſarijs Cæſaris habebatur, Cicerone patrono ipſum Cæſarem ad amicos ſuos dixiſſe, Homo ille diutius nobis moleſtus fuit, eumq; damnare certiſſimum eſt, nihil tamen prohibet audire Ciceronem. At quum orare Cicero cœpiſſet, tanta orationis varietate, tanta gratia admirabilis fuit, vt Cæſar varie colores vultumque mutauerit, manifeſtumq; fuerit varias animi eius mutationes poſſe cognoſci. Vbi vero ad commemorationem pugnæ Pharſalicæ deuenit, quum in accuſatorem acriter conuerſus illa verba dixit, Quid enim tuus ille Tubero gladius in acie Pharſalica agebat? ille velut amens & extra ſe poſitus exiluit, libellos quos manibus tenebat abiecit. Deniq; vi orationis coactus contra animi ſui propoſitum reum abſoluit. De hac Ligarij cauſa illud ſcripſit Pomponius.

Iuriſconſultus libro Pandectarum primo, titulo de Origine iuris, poſtq̃ multos iuris ciuilis conditores tractauit. Poſt hos, inquit, Tubero fuit, qui Offilio operam dedit. Fuit autem patricius, & tranſijt a cauſis agendis ad ius ciuile, maxime poſtq̃ Q. Ligarium accuſauit, nec obtinuit, apud C. Cæſarem. Is eſt Q. Ligarius, qui cum Africæ oram teneret, infirmum Tuberoné applicare non permiſit, nec aquam haurire. Quo nomine eũ accuſaruit, & Cicero defendit. Et eius extat oratio ſane pulcherrima, quæ inſcribitur Pro Q. Ligario. & Tubero doctiſſimus quidem habitus eſt iuris publici & priuati, & cõplures vtriuſq; operis libros reliquit. Sermone etiam antiquo vſus affectauit ſcribere, & ideo parum eius libri grati habentur. Pluſcula hæc Pomponij verba ideo aſcripſi, q̧ cauſam declarent, & hanc orationem Ciceronis multum commẽdent. De hac oratione Cicero ad Atticum libro Epiſtolarum decimotertio, Ligarianam, inquit, vt video, præclare auctoritas tua commẽdauit. Scripſit enim ad me Balbus ac Oppius mirifice ſe probare, ob eamq; cauſam ad Cęſarem meam ſe oratiunculam miſiſſe.

Ligarij defenſio.

PRO Q. LIGARIO AD C. CAESAREM, ORATIO.

NOuum crimen C. Cæſar, & ante hunc diem inauditum, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Africa fuiſſe, idque C. Panſa præſtanti vir ingenio, fretus fortaſſe ea familiaritate, quæ eſt ei tecum, auſus eſt confiteri.

NOuum crimen C. Cæſar) Authore Quintiliano, libro quarto, quum aduerſarius dixit, & fortaſſe perſuaſit, tum quędam ex his quæ dixit aduerſarius imminuenda ſunt & leuanda, & quaſi contemnenda ad remittendam iudicis attentam auditionem quam aduerſario pręſtat, vt fecit, inquit, pro Ligario Cicero. Quid enim agebat aliud Ironia illa, q̃ vt Cęſar mirus ſe in rem tanquam nõ

cum intenderet/ Aquila quoq; Romanus Ironiam eſſe dicit. Totum hoc pro Ligario procemium ironiam eſſe Quintilianus dicit. libro nono. Aeliorum Tuberonum familia Romæ clariſſima paupertatis ſtudioſa fuit. Q. Tubero Catelius Cos. Samijs vaſis vtens argentea vaſa magni ponderis, & exquiſita arte fabricata ab Aetolis dono ad ſe miſſa repudiauit, vt ait Valerius Maximus libro quarto, titulo de abſtinentia & continentia. Sex & decem viri ex Tuberonum familia omnes ſimul in vnis ædibus, iiſque modicis cum coniugibus & liberis habitarunt, vt ait Plutarchus, in vita Pauli Aemilij. De Q. Aelio Tub. Pauli nepote, qui lectulos punicanos hœdinis pellibus ſtrauit, vaſaque Samia expoſuit in epulo, quod Africani auunculi ſui nomine Populi Romani dabatur, Valerius in libro ſeptimo, titulo de repulſa, & Cicero pro L. Murena ſcripſerunt. Ex hac familia Iuriſperiti & hiſtorici Tuberones fuerunt. Huius Tuberonis accuſatio edita fuit. Quintilianus libro decimo, cenſet eam cum hac Ciceronis defenſione, quamuis minus par videatur, legendam, quę ad cognoſcendam quoq; litis quæſtionem valeant. Sed ea deſideratur. C. Panſa) is qui poſtea Conſul cum Hircio fuit apud Cæſarem authoritate & gratia valuit plurimum. Eo deprecatore vſi ſunt plurimi poſt Pharſalicam pugnam, qui Pompeium ſecuti fuerūt. Huic ſe amiciſſimum eſſe Cicero ſcribit in lib. Epiſt. Fami. vj. C. Iulij Panſæ Trib. pleb. meminit M. Cælius in epiſt. ad Ciceronem lib. Epiſt. Fami. viij. Hic autem cum Ligarij fratribus orauit Cæſarem vt ei ignoſceret.

C.Panſa.

Itaq; quo me vertam neſcio. paratus enim veneram, cum tu id neq; per te ſcires, neq; audire aliūde potuiſſes, vt ignoratione tua ad hominis miſeri ſalutem abuterer, ſed quoniam diligentia inimici inueſtigatum eſt, quod latebat confitendum eſt, vt opinor: prȩſertim cum meus neceſſarius C. Panſa fecerit, vt id iam integrum non eſſet: omiſſaq; cōtrouerſia omnis oratio ad miſericordiam tuam conferēda eſt, qua plurimi ſunt conſeruati: cum a te non ſolum liberationem culpæ, ſed errati veniam impetrauiſſent. Habes igitur Tubero quod eſt accuſatori maxime optandum, confitētem reum: ſed tamen hoc ita confitētem, ſe in ea parte fuiſſe, qua te Tubero, qua virum omni laude dignum patrem tuum. Itaq; prius de veſtro delicto confiteamini neceſſe eſt, q̄ Ligarii vllam culpam reprehendatis.

Quo me vertam neſcio) Aporiæ, id eſt dubitationis ſimulatio eſt. Neque per te

Imprudens

Ignarus.

ſcires &c.)id eſt quum imprudens ignaruſq; eſſes. Imprudens enim per ſe eſt, ignarus per alios, vt ait Donatus, enarrãs illud Terẽtij ex Eunucho, Dono mihi dedit imprudẽs harum rerum, ignaruſq; omnium. Abuti ignoratione alicuius eſt rem ab aliquo petere, nec vere planeq; cauſam oſtendere cur id petatur, ſe diſſimulare: &, vt vulgo loquuntur, dare falſum ad intelligendum. Hominis miſeri) Ligarij miſeria indigni. Neceſſarius) id eſt neceſſitudine mecum iunctus. Integrum nobis eſſe dicimus id quod nobis iure licet hoc vel illo modo facere vel dicere. Vt hũc librum nec tibi nec alij pollicitus ſum, eum itaq; tibi dare mihi integrum eſt. q; ſi alij iam promiſiſſem, vt darem tibi, mihi integrum non eſſet. C. Panſa tibi Cæſar iam confeſſus eſt Ligarium in Africa fuiſſe, id negare mihi integrum non eſt. Omnis controuerſia, quum mihi integrum non ſit negare Ligarium in Africa fuiſſe, quod Tubero aduerſarius intendit.

Integrũ mihi non eſt.

Qua plurimi ſunt conſeruati) A Cæſaris clementia captat beneuolẽtiam. Liberationem culpæ impetrat, cui culpę conceditur impunitas: errati veniam, qui in ſtatum priſtinum reſtituitur, perinde ac ſi nunquam deliquiſſet. Habes igitur Tubero) Quamuis in alijs partibus orationis illud gratiæ plenum ſit, vt dirigatur ſermo tam ad alios q̃ ad auditores, illud tamen naturale eſt, vt in exordio ad auditores dirigamus, vt alloquamur eos quos nobis conciliare velimus. Idq; fere fit. Sed in oratione iudiciali aliud nonnunquam poſtulat cauſæ vtilitas, vt hoc loco, de quo Quintilianus libro quarto, Si ad iudices, inquit, ſermo directus eſſet, erat multo futura oratio lãguidior: quod facilius cognoſcet ſi quis illam totam partem vehemẽtiſſimam, cuius hæc forma eſt, Habes igitur Tubero quod eſt accuſatori maxime optandũ &c. conuertat ad iudicem. Tum enim vere auerſa videatur oratio, & lãgueſcat vis omnis dicentibus nobis. Habet igitur Tubero, quod eſt accuſatori maxime optandum. Illo enim modo preſſit atq; inſtitit, hoc autem indicaſſet. Habes igitur Tubero) Specialis quædam concluſio eſt, quales multa in oratione eſſe ſolent. Itaq; prius) Quintilianus libro octauo de ſententia ſcribens, hanc eſſe dicit clauſulam, quam concluſionem dicimus. Sed loco illius. Itaque prius de veſtro delicto confitemini, legit, quare prius de facto veſtro fateamini. Confiteri autẽ de peccato dicere ſolent viri docti, non confiteri peccatum.

Confiteri de peccato.

Q. igitur Ligarius, cum eſſet adhuc nulla belli ſuſpitio, Legatus in Africam cum Conſule C. Conſidio profectus eſt, qua in legatione & ſociis & ciuibus ita ſe probauit, vt decedens Conſidius prouincia, ſatisfacere hominibus non poſſet, ſi quenquam alium prouinciæ præfeciſſet. Itaq; Q. Ligarius cum diu recuſans nihil profeciſſet, prouinciã accepit inuitus, cui ſic præfuit in pace, vt & ciuibus & ſociis gratiſſima eſſet eiꝰ integritas, & fides. Bellũ ſubito exarſit: quod, qui erãt in Africa, ante audierunt geri, q̃ parari: quo

audito, partim cupiditate inconſiderata, partim cæco quodam timore, primo ſalutis cauſa, poſt etiam ſtudii ſui quærebant aliquem ducem. tum Ligarius domum ſpectans, & ad ſuos redire cupiẽs, nullo ſe implicari negocio paſſus eſt. Interim P. Actius Varus, qui Prętor Africam obtinuerat, Vticam venit. ad eum ſtatim concurſum eſt, atq; ille nõ mediocri cupiditate arripuit imperium. ſi illud imperium eſſe potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico conſilio deferebatur. Ligarius qui omne tale negocium cuperet effugere, paulum aduentu Vari conquieuit. Adhuc C. Cæſar Q. Ligarius omni culpa vacat: domo eſt egreſſus non modo nullum ad bellum, ſed ne ad minimam quidem ſuſpicionem belli. Legatus in pace profectus in prouincia pacatiſſima ita ſe geſſit, vt ei pacem eſſe expediret. Profectio certe animum tuum non debet offendere. num igitur remanſio? multo minus. nam profectio voluntatem habuit non turpem, remanſio etiam neceſſitatem honeſtam. Ergo hæc duo tempora carent crimine: vnum, cũ eſt legatus profectus: alterum cum efflagitatus a prouincia, præpoſitus Africæ eſt: tertium eſt tempus quo poſt aduentum Vari in Africa reſtitit. quod ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis.

Q. igitur Ligarius) Hæc narratio a perſona incipit, quam ſæpe fieri Quintilia. lib. quarto ſcribit quis a re quoq; itidẽ fiat. Quum eſſet adhuc nulla belli ſuſpitio) Oratori narrandum non eſt eo modo quo teſti. Hic enim rem narrat ſimpliciter, ille argumenta admiſcet, extenuat, amplificat, prout res expoſtulat, vt idem Qintilianus libro quarto author eſt. Socijs) id eſt Afris. Socios eñ appellare ſolet Cicero eos qui aliquãdo victi ſub imperio ſunt. prouinciales alij vocent. Ciuibus) Ro. qui in Africa negociabantur. Probauit) id eſt probum virum præſtitit. In qua ſignificatione ſæpe verbum hoc probare dicitur. Decedẽs prouincia exacto tempore magiſtratus vſitatius dicitur, q̃ abiens vel diſcedens. Integritas) id eſt abſtinentia quæ commendatur multũ in eo qui prouinciæ præſit. Bellũ exarſit), i. cõflatũ eſt. Bellũ ardere, & bello regionẽ ardere dicimus. T. Liuius lib. xxxv. Quoniam bellum ingẽs in prouincia

Socij

Probare.

Decedere prouincia.

exarſiſſet. Idem lib. xxvj. Quum hoſtis alienigena in Italia eſſet, & Annibal hoſtis, & cuncta bello arderent. Idem. xxviij. Sub cuius vulgatam iam famam non dubitabãt totam Hiſpaniam arſuram bello. Ardet bellum dicitur, quemadmodum ardet odiũ. Cicero pro Milone, Omnia tum deniq; in illum odia ciuium ardebant. Inconſiderata) id eſt ſtulta & temeraria. Cęco quodam timore ne in Africam transferretur, vt Syllanis temporibus Domitium Cn. Pompeius in Africam perſecut⁹ eſt. Domum ſpectans) Hæc alia multa in hac narratione dicuntur, vt oſtẽdat Cicero Ligarium in Africa inuitum remanſiſſe, & ita non remanſiſſe contra Cæſarem. P. Accius Varus amiſſis in Italia ad Auxinum cohortibus ex fuga in Africam venit: eamq; vacuam occupauit, q̃ paucis ante annis eam in Prætura obtinuerat. Ibi delectu habito duas legiones effecit. Author eſt C. Cæſar libro Commentariorum de bello ciuili primo.

P. Varus) Plutarchus in vita Catonis appellat hũc Appium Varum. Obtinuerat antea) Nam tum priuatus erat. Vtica vrbs Africæ eſt a Phœnicibus condita M. Catonis fato inſignis, vt ait Pomponi⁹ Mela in libro primo. Nullo publico conſilio) Afrorum ſcilicet aut Romanorum. Adhuc C. Cæſar) In breuis huius narrationis parte extrema hac commonitione vſus eſt Cicero, qua quid narratũ ſit fit plani⁹. Huiuſmodi commonitionem poſt longam quoq; narrationem vtilem eſſe, Quintilia. libro. iiij. præcipit. Ergo hæc duo tempora carent crimine) Argumentũ ex remotione eſt, quo per disiũctiuam particulam enumeramus partes, poſtea ſingulas remouemus. Hoc modo, Q. Ligarius offendit Cæſarem, ergo in profectione vel in remanſione ante aduẽtum Vari, vel in remanſione poſt eius aduẽtum. Profectus eſt ad nullam belli ſuſpicionem, remanſit inuitus ante Vari aduentum, poſt aduẽtum coactus. Et quum alio nullo tempore offenderet, relinquitur, vt non offenderit, quum his tẽporibus nõ offenderit. A prouincia) id eſt ſocijs, qui ex prouincia ſunt. Neceſſitatis crimen eſt) Si quod crimen ſit, id in neceſſitatem transfert, quæ ab authore Rhetoricorum ad Herennium ſub iuridiciali conſtitutione ponitur. Si eſt criminoſum) criminale imperiti dicunt. Criminoſum in hunc, Cicero dicit pro P. Sylla, Mihi nõ

Criminoſi. videretur in hunc id criminoſum eſſe debere. Pro contentioſo & ſeditioſo dicit pro A. Cluentio, Ille autem acerbus, criminoſus, popularis homo ac turbulentus. Criminoſum pro infami idem in C. Verrem dicit, Actione quarta, Ille hoc putabat Verri criminoſum fore, ſi eius ſtatuæ eſſent deiectæ.

An ille ſi potuiſſet illinc vllo modo euadere, Vticæ potius q̃ Romæ? cum P. Actio, quam cum concordiſſimis fratribus? cum alienis eſſe, quam cum ſuis maluiſſet? Cũ ipſa legatio plena deſiderii, ſolicitudinis fuiſſet, propter incredibilem quendam fratrum amorem: hic ęquo animo eſſe potuit, belli deſidio diſtractus a fratribus? Nullum igitur habes Cęſar adhuc in Ligario ſignum alienæ a te voluntatis,

cuius ego cauſam animaduerte quæſo qua fide defendam, cum prodo meam. O clementiam admirabilem, atque omnium laude, prædicatione, literis, monimentiſque decorandam. M. Cicero apud te defendit alium in ea volũtate non fuiſſe in qua ſeipſum confitetur fuiſſe: nec tuas tacitas cogitationes extimeſcit, nec quid tibi de alio audienti de ſeipſo occurrat, reformidat. Vide q̃ non reformidẽ, vide quanta lux liberalitatis & ſapientiæ tuę mihi apud te dicẽti oboriatur: quantum potero voce contendam, vt hoc populus Romanus exaudiat.

Euadere) Euadere in re difficili dicimus. Vticæ potius q̃ Romæ) puto legendum, Vticæ q̃ Romæ, vt ad verbum maluiſſet, referatur. Eſt autem probatio naturalis. Concordiſſimis fratribus) Concordiſſimum dicit, vt in oratione pro C. Rabirio, Tibi acerbior eius patrui mors eſt, quem nunquam vidiſti, q̃ illi eius fratris, quicum concordiſſime vixerat? Cum alienis) id eſt non ſuis. Deſiderij) fratrum ſcilicet & ſolicitudinis, quam ex fratrum deſiderio capiebat. Qua fide defendam) Patronus ſumma fide ſuſceptam cauſam debet defendere. Eam ſi fideliter non defendat: vt ſi arcana eius conſilia, quæ celari vtile eſt, iudici vel aduerſario patefacit, prodere dicitur. Quintilianus libro. iiij. Si nec defenderint nec narrauerint, tota cauſa prodetur. Cicero pro A. Cluentio, Hoc perſæpe dixiſti, tibi hoc renunciari, me habere in animo cauſam hanc præſidio legis defendere. Ita ne eſt? Ab amicis videlicet imprudentes prodimur? & eſt neſcio quis de his quos amicos nobis arbitramur, qui noſtra conſilia ad aduerſarios deferat? Hæc clementiæ commendatio Cæſarem inclinat magis vt ignoſcat Ligario. Monimentis) id eſt ſtatuis. M. Cicero in perſona tertia de ſe loquitur, vt eo maiore fide aduerſarij cauſam defendat, quo ſuam magis prodat. A ſe enim magis alienare Cæſarem videtur poſſe q̃ ſi in perſona prima de ſe loquatur. Nec tuas tacitas cogitationes) id eſt quid de eo tecum poſſis cogitare. Nec reformidat quid occurrat tibi de ſeipſo) quum audies de alio. Vide q̃ non reformidem) ad primam ſuam perſonam redit. Oboriatur) id eſt ex inſperato oriatur.

Euadere.

Concordiſſimus.

Prodere cauſam.

Suſcepto bello Cæſar, geſto etiam ex magna parte, nulla vi coactus, iudicio meo ac voluntate ad ea arma profectus ſum, quæ erant ſumpta contra te. Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc ſciret, tamen me, an-

tequam vidit, Reip. reddidit, qui ad me ex Aegypto literas miſit, vt eſſem idem, qui fuiſſem, qui cum ipſe Imperator in toto imperio popu. Ro. vnus eſſet, eſſe me alterum paſſus eſt, a quo hoc ipſo C. Panſa mihi nuncium perferente, conceſſos faſces laureatos tenui, quoad tenẽdos putaui, qui mihi tum deniq; ſe ſalutem putauit reddere, ſi eam nullis ſpoliatam ornamentis redderet. Vide quæſo Tubero, vt qui de meo facto non dubitem, de Ligarii non audeam confiteri.

Cicero Cæſari & Pompeio charus

Cicero Pōpeium cur ſecutus.

Cicero de Pompeij victoria male pręſagiebat

Suſcepto bello Cæſar) Effecit Cicero omni obſequio, vt neq; Cæſari, neq; Pompeio quiſquam ſe eſſet charior, quem vterq; ſuum numerabat, quum ciuilium bellorum ortę eſſent contentiones, ab vtroq; literas eadem de re eodem tempore idem accepit. Sequi Pompeium propoſuit, quanuis ei animus de Pompeij exitu male præſagiret, id ſe facturum dicebat, quod pecudes, quæ diſpulſæ, ſui generis ſequuntur greges. Vt bos armenta, ſic bonos viros, aut eos quicunq; boni viri dicerentur ſecuturum ſe dixit, etiam ſi ruerent, vt ſcribit ad Atticum libro ſeptimo. Idem libro Epiſtolarum familiarium ſexto, ad A. Cęcinnam de hoc Cæſaris & Pompeij bello ſcribens, ſecutum ſe Pompeium dicit, ne ingratus eſſet, quippe quum eum ab exilio reuocandũ Pompeius curaſſet. Suſceptum eſt, inquit, bellum quieſcente me, depulſum ex Italia manẽte me quoad potui. Sed valuit apud me plus pudor meus, q̃ timor: Veritus ſum deeſſe Pompeij ſaluti, quum ille aliquando non defuiſſet meæ. Itaq; vel officio vel fama bonorum, vel pudore victus, vt in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens & ſciens ad peſtẽ ante oculos poſitam ſum profectus. Quo in bello nihil aduerſi accidit, non prædicente me. Suſcepto bello) Authore Quintiliano libro nono libera oratio eſt, quã Cornificius Licentiam vocat. Græci παῤῥησίαν. Vera dicendi libertas quanuis figurata non ſit, ſub hac tamen ſpecie latet frequenter adulatio. Nam Cicero, inquit, quum dicit pro Ligario, Suſcepto bello Cæſar, geſto iam ex parte magna, nulla vi coactus, cōſilio ac voluntate mea ad ea arma profectus ſum, quæ erant contra te ſumpta. Non ſolum ad vtilitatem Ligarij reſpicit, ſed magis laudare victoris clementiam non poteſt. In illa vero ſententia, Quid autem aliud egimus Tubero, niſi vt quod hic poteſt, nos poſſemus? admirabiliter vtriuſq; partis facit bonã cauſam. Sed hoc reũ demereẽ, cuius mala fuerat. Hæc ille. Suſcepto bello) Magis igitur Cæſaris clementia laudari non poteſt. Nam quo quis grauius offenſus, eo ſe præſtat ſi ignoſcit, clementiorẽ. Hęc autem verba ſingula Ciceronis animũ, quum ſecutus Pompeium eſt, a Cæſare tum fuiſſe alienum oſtendunt. Iudicio meo ac voluntate) Apud Quintil. lego cōſilio ac voluntate magna. Nempe apud eum, interrogandi ſeipſos & reſpondendi ſibi, vt idẽ ait, ſolent eſſe non ingratæ vices, vt Cicero pro Ligario, Apud quem igitur hæc dico? Nempe apud eum qui quum hæc ſciret, tamen me antequam vidit, Reipublicæ reddidit. Quum hæc ſciret, & antequam vidit, clementiam oſtendunt maiorem.

Ex Aegypto)Cn.Pompeio deuicto M.Cicero ab armis quieuit, rediſtq; in Italiã,
C.Cæſar in Aegyptum profectus eſt,quem Ciceroni iratiorem facere multi conabã
tur. Atticum Cicero per literas orat,vt ad Oppium,Balbum,Hircium,Panſam ſcri-
bat, vt eorum deprecatione,quorum familiaritate vtebatur Cæſar ſibi ignoſceret.Li-
teras miſit,vel literas quales mitti ſolent ab amicis, vel diploma,quo dare ſe veniam
Cæſar teſtaretur.Vt in libro Epiſtolarum familiarium ſexto, ſcribit Cicero Appio
Balbo miſſum non eſſe diploma,quãuis data venia eſſet,propter quorũdam impro-
bitatem,qui ferebant acerbius veniam dari ei quem belli ciuilis tubã appellabant.Vt
eſſem idem qui fuiſſem)id eſt vt retinerem dignitatem eam quam ante bellum ciui
le habuiſſem.Paulo ante bellum ciuile Cicero Proconſul prouinciam Ciliciam obti-
nuerat.decedenti ei triumphum Senatus decreuit.Is ſibi fore gratius reſpondit inter
Cæſarem & Pompeium pace compoſita ſe triumphãtis Cęſaris currum ſequi. Quã
pacem fruſtra tentauit.In libro Epiſtolarum ad Atticum nono tempore belli ciuilis
ſcriptæ ad Ciceronem epiſtolę ſalutatio eſt.Cornelius Balbus M.Tullio Ciceroni Im
peratori ſalutem.Itemq; libro decimo,Cæſar Imperator M.Tullio Ciceroni Impera
tori ſalutem.Quibus ex verbis conſtat Ciceronem imperium proconſulare retinuiſ
ſe. Faſces laureatos)id eſt triumphales.Lictores etiam deuicto Põpeio ſe retinuiſ-
ſe Cicero dicit,negatque eos incolumi ſibi adimi poſſe,in libro Epiſtolarum ad Atti- Quoad.
cum nono. Quoad tenendos putaui)quoad,id eſt donec,tantiſper dum:non eſt er
go barbara vox in ſua ſignificatione in qua a Cicerone ſæpe capit̃,ſed barbare capi-
tur ab illis qui ponunt quoad pro quantum ad, vt quoad reſcriptum principis,pro
quantum eſt ad &c. Quid de meo facto non dubitem)Quintilianus libro quinto
ſcribit hic argumẽtum a difficiliori eſſe. Nam quod difficilius eſt confitetur,quia ve-
rum:quod facilius eſt negat, quia falſum. Eſt etiam enthymema ex repugnantibus.

Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero cum
de ſe eadem dicerem,ignoſceret,cuius ego induſtriæ glo-
riæque faueo, vel propter propinquam cognationem, vel
quod eius ingenio ſtudiiſque delector , vel quod laudem a-
doleſcentis propinqui exiſtimo etiam ad meum aliquem
fructum redundare : ſed hoc quæro, quis putet fuiſſe cri-
men, eſſe in Africa Ligarium? nempe is, qui & ipſe in ea-
dem Africa eſſe voluit,& prohibitum ſe a Ligario queri-
tur , & certe contra ipſum Cæſarem eſt congreſſus arma-
tus.Quid enim tuus ille Tubero diſtrictus in acie Pharſa-
lica gladius agebat ? cuius latus ille mucro petebat ? qui
ſenſus erat armorum tuorum ? quæ tua mens? oculi ? ma-

nus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Nimis vrgeo, commoueri videtur adoleſcens: ad me reuertar. iiſdem in armis fui, quid autem aliud egimus Tubero? niſi vt quod hic poteſt, nos poſſemus? Quorum igitur impunitas, Cæſar, tuæ clementiæ laus eſt, eorum ipſorum ad crudelitatem te acuet oratio? Atque in hac cauſa nonnihil equidem Tubero etiam tuam, ſed multo magis patris tui prudentiam deſidero: quod homo cum ingenio, tum etiam doctrina excellens, genus hoc cauſæ quod eſſet, non viderit. nam ſi vidiſſet, quouis profecto, quam iſto modo, a te agi maluiſſet. Arguis fatentem: non eſt ſatis. accuſas eum, qui cauſam habet, aut, vt ego dico meliorem, quam tu: aut vt tu vis, parem. Hæc non modo mirabilia ſunt, ſed prodigiis ſimilia, quæ dicam: non habet eam vim iſta accuſatio, vt Quintus Ligarius condemnetur, ſed vt necetur. hoc egit ciuis Romanus ante te nemo. externi iſti mores vſque ad ſanguinem incitare ſolent odium aut leuium Græcorum, aut immanium Barbarorum. nam quid aliud agis? Romæ ne ſit? vt domo careat? ne cum optimis fratribus, ne cum hoc T. Broccho auunculo ſuo, ne cum eius filio conſobrino ſuo, ne nobiſcum viuat? ne ſit in patria? num in patria eſt? num poteſt magis carere his omnibus, quam caret? Italia prohibetur, exulat, non tu ergo hunc patria priuare, qua caret, ſed vita vis.

Græci leues Barbari immanes.

Vt mihi Tubero) pater ſcilicet adoleſcentis Tuberonis filij, qui Ligarij accuſator eſt. Eſt cōgregatus armatus) in acie Pharſalica. Quid enim Tubero) Apoſtrophe, vt libro nono adnotat Quintilianus. Hoc quum diceret Cicero, Cæſar velut amens corpore exiluit, libelli quos manibus tenebat effluxerunt. vt in argumento diximus, Interrogatio autem eſt non ſciſcitandi cauſa ſed inſtandi: vt in Catilinam, Quouſq; tādem abutere Catilina patientia noſtra? Author eſt Quintilianus libro nono. quo eodem authore libro octauo, vbi multas metaphoræ ſpecies enumerat. Metaphora

quoque eſt, vbi pro rebus animalibus inanima ponuntur. Præcipueque ex his oritur mira ſublimitas, quæ audaciæ proxima, periculo tranſlationis attollitur, quum rebus ſenſu carentibus actum quendam & animos damus. Qualis eſt, Pontem indignatus Araxes. Et illa Ciceronis, Quid enim tuus ille Tubero &c. Vt idem eodem libro ſcribit, poteſt aſcribi amplificationi congeries quoque verborum ac ſententiarum idem ſignificantium. Quid enim tuus ille Tubero &c. In acie Pharſalica) Significat Tuberonem in acie Pharſalica pugnaſſe aduerſus Cæſarem. Cuius latus ille mucro petebat?) Nam punctim non cæſim Romani hoſtes feriebant. Hęc autem ſub oculos ſubiectio eſt quaſi fortiſſimo & pene furibundo animo hoſtem ſtricto gladio Tubero perſecutus ſit. Commoueri videtur adoleſcens) Quum Cæſar ipſe cōmoueretur, id diſſimulat Cicero. Tuberonis igitur cauſa, orationis vim remittere ſe ſignificat. Ad me reuertar) vt de facto meo confitear. Quid aliud egimus in acie) Pharſalica ſcilicet. Quod hic poteſt, nos poſſemus) Sententia eſt, Nos id in acie Pharſalica egimus, vt Cæſarem poſſemus interficere: hic autem nunc nos poteſt. Hoc dictum eſſe fortiſſime Quintilianus libro quinto ſcribit. Paulo ante diximus liberam eſſe orationem. Prodigijs ſimilia quæ dicam) Attentum facit Cęſarem nouaprommittendo. Vſque ad ſanguinem) id eſt vſque ad necem. Leuium Græcorum) Leuitatem Græcorum propriam eſſe Cicero dicit in Oratione pro L. Flacco. Græcorum mos erat, vt verberibus animaduerterent in ciues, de condemnatis ſummum ſupplicium ſumerent. Hunc morem veteres Romani ſecuti ſunt. ſed poſtea lex Porcia aliæque leges perlatæ ſunt, quibus legibus damnatis exilium permiſſum eſt vt eſt in oratione Cæſaris apud Saluſtium. Conſobrino ſuo) Hic attende conſobrinos eſſe qui ſunt ex fratre & ſorore, q̃uis præcipiant Grammatici conſobrinos eſſe ſororum filios, quaſi conſororinos.

Ciuē virgis cædere.
Lex Porcia.
Cōſobrinus.

At iſtud ne apud eũ quidem Dictatorem, qui omnes quos oderat, morte mulctabat, quiſquam egit iſto modo: ipſe iubebat occidi, nullo poſtulante: præmiis etiam inuitabat. quæ tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis poſt, quem tu nunc crudelem eſſe vis, vindicata eſt. Ego vero iſtud non poſtulo inquies. ita mehercle exiſtimo Tubero. Noui enim te, noui patrem, noui domum, nomenque veſtrum: ſtudia denique generis ac familiæ veſtræ, virtutis, humanitatis, doctrinæ, plurimarum artium atque optimarum, nota ſunt mihi omnia. Itaque certo ſcio, vos non petere ſanguinem: ſed parum attenditis. res enim eo ſpectat, vt ea pœna, in qua adhuc Q. Ligarius ſit, non videa-

mini eſſe contenti. quæ eſt igitur alia præter mortem? ſi enim in exilio eſt, ſicuti eſt, quid amplius poſtulatis? an ne ignoſcatur? hoc vero multo acerbius multoq; eſt grauius, quod nos domi petimus precibus & lachrymis proſtrati ad pedes, non tam noſtræ cauſæ fidentes, q̄ huius humanitati: id ne impetremus, pugnabis? & in noſtrum fletum irrumpes? & nos iacentes ad pedes ſupplicum voce prohibebis? Si cum hoc domi faceremus, quod & fecimus, & vt ſpero non fruſtra fecimus, tu de repente irrupiſſes, & clamare cœpiſſes, C. Cæſar caue credas, caue ignoſcas, caue te fratrum pro fratris ſalute obſecrantium ⁎ miſereatur: nonne omnem humanitatem exuiſſes? quãto hoc durius, quod nos domi petimus, id a te in foro oppugnari? & in tali miſeria multorum, perfugium miſericordiæ tollere?

⁎ miſereat

At iſtud ne apud eum quidem) Ex comparatione oſtendit nimiam Tuberonis immanitatem. Nam crudeliſſima L. Syllæ Dictatoris proſcriptione nemo ad cuiuſq̃ cædem Syllam incitauit: in clementiſſima victoria Cæſaris ad ciuis cędem Tubero incitat Cæſarem, qui Syllanorum crudelitatem vindicauit, Tubero vult eſſe crudelem: quod naturæ eius contrarium eſt. Omnes quos oderat) De ſæuiſſima & importuniſſima Syllæ proſcriptione apud Plutarchum in eius vita eſt. Præmijs etiam inuitabat) Nam qui proſcriptum necaſſet, ei Sylla duo talenta pro pręmio conſtituit, ſiue dominum ſeruus, ſiue patrem filius interemiſſet. Qui vero proſcriptum occultaſſet, eiusq; ſaluti conſuluiſſet, huic humanitati mortem propoſuit: non patrem, non filium, non fratres excepit. Quæ tamen crudelitas) C. Cęſar Aedilis, in exercenda quęſtione de ſicarijs, eos quoq; ſicariorum numero habuit, qui in Syllæ proſcriptione proſcriptos necauerant, ob quæ relata ciuium cæſorum capita, pecunias ex ærario acceperant, quamuis Cornelijs legibus excepti eſſent. Author eſt Suetonius in vita C. Cæſaris. Aliquot annis poſt) Cæſar adoleſcens infenſus fuit Syllæ, ægreque ei reconciliatus. Aedilitas autem primus erat magiſtratus qui gereretur. Plurimarum artium atque optimarum) Ex Tuberonum familia alij hiſtorici, alij oratores, alij iuriſperiti, alij philoſophi fuerunt. Anne ignoſcatur) Q̃ crudele ſit Ligarij mortem petere Cicero oſtendit, vt q̄ graue ſit oſtendat petere ei ne ignoſcatur, quod eſſe grauius probat, q̄ ſi ſanguinem eius peteret. Domi petimus) id eſt in domo Cæſaris, non hac quidem oratione, quæ in foro habita eſt, ſed diebus ſuperioribus. Irrumpes) id eſt importunus irrues, quid fletus noſter Ligario proſit. Supplicum voce prohi-

Proſcriptio Syllæ

Proſcriptos qui occiderant ſicarij.

Cęſar infenſus Syllæ.

bebis)id eſt non patieris nos ſupplicare. Domi) Cæſaris ſcilicet. Vt ſpero) id eſt vt arbitror. Non fruſtra fecimus) quia Cæſarem aliquantum commouimus, vt Ligario ignoſceret. Hoc valet ad miſericordiam Cæſaris impetrandam. Sibi enim turpe eſſe Cæſar putaret, ſi flexam iam miſericordiam in hominem miſerum adhibita deprecatione, commutaret, præcipue quod habeatur clemẽtiſſimus. Si quum hoc domi fecerimus) Argumentum a fictione eſt, ꝙ multis modis fieri poſſe Quintilianus libro quinto ſcribit. Hoc autem fit, quum augendæ rei gratia aliquid fingit Cicero, quod ſi ita eſſet, graue & acerbum eſſet: id autem quod tractat cum eo comparatum quod fingit, oſtendit multo grauius & acerbius. Illic ſimile eſt, Si in hac tanta tua fortuna & cætera. Itemq; Quod ſi probare Cæſari poſſemus. Hoc argumenti genere vtitur Cicero ſæpiſſime. De repente) ab antiquis ſæpe dictum documento ſunt multa eorum exempla a Nonio Marcello citata. C. Cæſar) Proſopopœia eſt. hanc figuram, mimeſim Donatus appellat ſæpe in Commentarijs in Terentium. In hac autem dicendi ratione, ſi quis vocatiuus eſt, is in orationis principio collocari ſolet.

Miſereatur) non miſereat legit Priſcianus libro octauo. Is enim enumerans verba quibus in o pro in or exeuntibus vſi ſunt veteres, Miſereo, inquit, pro miſereor, vnde miſeret & miſeretur impersonalia Cicero pro Ligario, Caue te fratrum pro fratris ſalute precãtium miſereatur. Hęc enim impersonalia in r a verbis in o exeuntibus tantum fiunt. In tali miſeria multorum) Multi enim Pompeium ſecuti erant quibus Cæſar nondum ignouerat, quorum ſpes magna in Cæſaris clementia erat.

Dicam plane C. Cæſar quod ſentio, Si in hac tanta tua fortuna, lenitas tanta non eſſet, quantam tu per te, per te inquam obtines, (intelligo quid loquar) acerbiſſimo luctu redundaret iſta victoria: q̃ multi enim eſſent de victoribus, qui te crudelem eſſe vellent: cum etiam de victis reperiantur? q̃ multi qui cum a te nemini ignoſci vellent, impedirent clementiam tuam: cum etiam hi quibus ipſe ignouiſti, nolint te in alios eſſe miſericordem? Quod ſi probare Cæſari poſſemus in Africa Ligarium omnino non fuiſſe, ſi honeſto & miſericordi mendacio ſaluti ciui calamitoſo eſſe vellemus, tamen hominis non eſſet, in tanto diſcrimine & periculo ciuis refellere & coarguere noſtrum mendacium: & ſi eſſet alicuius, eius certe non eſſet, qui in eadem cauſa & fortuna fuiſſet. Sed tamen aliud eſt, errare Cæſarem nolle, aliud nolle miſereri. Tum diceres, Caue Cęſar credas: fuit in Africa Ligarius, tulit arma contra te,

nũc quid dicis? Caue ignoſcas. Hęc nec hominis, nec ad hominem vox eſt. qua qui apud te C. Cæſar vtetur, ſuam citius abiiciet humanitatem, q̃ extorquebit tuam. Ac primus aditus & poſtulatio Tuberonis hæc, vt opinor fuit, velle ſe de Q. Ligarii ſcelere dicere. nõ dubito quin admiratus ſis, vel ꝙ de nullo alio quiſquam, vel ꝙ is qui in eadem cauſa fuiſſet, vel quiddam noui facinoris afferret. Scelus tu illud vocas Tubero? cur? iſto enim nomine illa adhuc cauſa caruit. alii errorem appellant, alii timorem: qui durius, ſpem, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui grauiſſime, temeritatem, ſcelus præter te adhuc nemo.

Lenitas) id eſt clementia & facilitas ad ignoſcendum. Intelligo quid loquor) Sic legit Quintilianus libro octauo. Hic enim emphaſin eſſe dicit, quia intelligitur etiam quod non dicitur. Tacuit enim illud, quod nihilominus intelligimus, non deeſſe homines qui ad crudelitatem eum impellerent. Per te) id eſt naturali tua inclinatione. Acerbiſſimo luctu redundaret) id eſt crudeliſſima eſſet. Quum etiam de victis) Argumentum eſt a minore ad maius. Errare) id eſt decipi, id eſt falſum pro vero credere. vt in primo de Officijs, Labi & errare, neſcire & decipi & malum & turpe ducimus. Primus aditus & poſtulatio) Factum Ligarij ſcelus Tubero appellauit, id ſcelus non eſſe contendit. Ab alijs alio nomine hæc armorum contra Cęſarem ſumptio appellata eſt, quo nomine appellari Ligarij facinus non negaret, ſi arma ſumpſiſſet: ſed omnino ſcelus appellari debere negat. Itaque finitiuus ſtatus eſt ſpecialis. Nam ex ſceleris definitione petendum eſſet, an ſcelus eſſet. Eſt enim ſcelus contra ius improbe admiſſum facinus. Quare non eſſe Ligarij factum probat etiam ex Cæſaris ſententia, qui cum Pompeio reconciliari conatus eſt. Poſtulatio) Poſtulationem dicit pro propoſitione, aut propoſito non poſtulatio legi debet. Non dubito quin admiratus ſis) Sceleris nomen amplificat, quod Cæſarem admiratum putet, vt facti leuitatem oſtendat. Alij errorem) In his fuit Cicero. Eum enim authore Macrobio libro Saturnalium ſecundo, quum quidam poſt Cæſaris victoriam interrogaſſet, cur in electione partis erraſſet, reſpõdit, Præcinctura me decepit. Iocatus in Cæſarem eſt, qui ita toga præcingebatur vt trahendo laciniam velut mollis incederet. adeo vt Sylla prouidus dixerit Pompeio, Caue tibi illum puerum male præcinctum. Hæc ille. Mollem igitur Cęſarem Cicero putabat, ideo Pompeium ſecutus eſt potius, q̃uis alię quoq; grauiores cauſæ fuerint. Alij timorem) ꝙ timerent, ne Cęſar victor Reipublicæ libertatem opprimeret. Spem) ꝙ ſperarent Pompeium virum innumerabilibus victoriarum ornamentis decoratum, & incredibili quadam felicitate præditum fore victorẽ. Cupiditatẽ) iuuãdi Põpeiũ, vt ab eo ſtaret victoria. Odiũ) Cęſaris. Per-

Scelus quid ſit.

Cicero cur Cæſarem ſecut⁹ nõ ſit.

tinaciam) iuuandi partes Pompeij. Temeritatem) id eſt inconſultam & improuidam voluntatem.

Ac mihi quidem, ſi proprium & verum nomen noſtri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidiſſe videtur, & improuidas hominum mentes occupauiſſe: vt nemo mirari debeat humana conſilia diuina neceſſitate eſſe ſuperata. Liceat eſſe miſeros, quanquam hoc victore eſſe non poſſumus, ſed non loquor de nobis: de illis loquor, qui occiderunt, fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces: ſceleris vero crimine, furoris, parricidii, liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere, quando hoc quiſquam ex te Cæſar audiuit? aut tua quid aliud arma voluerunt, niſi a te contumeliam propulſare? quid egit tuus ille inuictus exercitus? niſi vt ſuum ius tueretur, dignitatem tuam? Quid? tu cum pacem eſſe cupiebas, id ne agebas, vt tibi cum ſceleratis, an vt cum bonis ciuibus conueniret? Mihi vero Cæſar tua in me maxima merita, tanta certe non viderentur, ſi me vt ſceleratum a te conſeruatum putarem: quomodo autem tu de Republica benemeritus eſſes, ſi tot ſceleratos incolumi dignitate eſſe voluiſſes? Seceſſionem tu illam exiſtimauiſti Cæſar initio, non bellum, non hoſtile odium, ſed ciuile diſſidium: vtriſque cupientibus Rempublicam ſaluam, ſed partim conſiliis, partim ſtudiis a communi vtilitate aberrantibus. Principum dignitas erat pene par: non par fortaſſe eorum, qui ſequebantur: cauſa tum dubia, quod erat aliquid in vtraque parte, quod probari poſſet: nunc melior certe ea iudicanda eſt, quam etiam dii adiuuerunt: cognita vero clementia tua, quis non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, niſi armatus?

Cęſar pacis ſtudioſus.

Pœna innocētis æquiore animo ferenda.

Fatalis) id eſt diuina & neceſſaria: fatalem calamitatem, diuinam punitionem vulgo appellant. Improuidas hominum mentes occupauiſſe) id eſt mentes hominum excæcauiſſe, ne quid e re ſua conſultare potuerint. Humana conſilia eorum qui Pompeium ſecuti ſunt diuina neceſſitate, quæ fatalis eſt. Fata autem vitari poſſe negabant. Quanquam hoc victore) Quum quod dicimus aliorſum ac dicamus intelligi poſſit, tum inquam ſententiam intelligamus dici oportet. Occiderunt) id eſt occubuerunt. Cupidi) id eſt auari vel potius ambitioſi. Irati) Cæſari. Pertinaces) quod de ſententia decedere noluerint. Quum pacem eſſe cupiebat) C. Cæſar facere conſtituit, vt ſe q̃ leniſſimum præberet, daretque operam, vt Cn. Pompeium ſibi reconciliaret. Cn. Magium Pompeij Præfectum cepit, eum illico miſſum fecit. duo ibidem Pręfecti fabrum Pompeij, qui in eius poteſtatem venerunt, continuo ab eodem dimiſſi ſunt. Vt hi ſi grati eſſe vellent, Pompeium adhortarentur, vt mallet amicus Cæſari eſſe q̃ ijs qui vtrique ſemper fuerunt inimiciſſimi, quorum artificijs effectum eſt, vt ciuilia bella vterq; gereret. Id ſcripſit C. Cæſar, C. Oppio, & L. Cornelio Balbo. Ea epiſtola apud Ciceronem eſt libro Epiſtolarum ad Atticum nono. Cicero libro Epiſtolarum Familiarium ſexto. ad A. Cæcinnam de Cæſaris & Pompeij bello. Admirari, inquit, ſoleo grauitatem & iuſtitiam & ſapientiam Cæſaris, qui nunquam niſi honorificentiſſime Pompeium appellat. At in eius perſonam multa fecit aſperius. Armorum iſta & victoriæ ſunt facta non Cæſaris. Tanta certe non videntur) Innocenti pœna æquiore animo q̃ nocenti ferenda eſt. Itaque Socrates vxori quærenti quod iniuſte moreretur, An tu, inquit, iuſte malles? Ideoque viri grauiſſimi nolebant ſibi ignoſci ſi quod ſcelus admiſiſſent. M. Cato Maior authore Plutarcho in Apophthegmatis malle ſe dicebat pro collato beneficio gratiam non accipere, q̃ pro illata iniuria pœnam non ſubire. iiſq; qui peccaſſent omnibus præterquam ſibi veniam dare. Hac de re alibi quoq; ſcribimus. Tantam igitur Cæſari Cicero non haberet gratiam, ſi ſceleratus, quantam ſi non ſceleratus ab eo conſeruatus eſſet. Seceſſionem tu illam &c.) Id dicit quia Cæſar Pompeio ſæpe reconciliari voluit. Belli ciuilis impietatem a Cæſare remouet, vt eum ad miſericordiam magis inclinet. Non bellum) Bella ciuilia, vt ait Cicero libro de Officijs primo, grauis & fortis ciuis, in Republica dignus principatu fugiet atq; oderit. Partim conſilijs) Idem in eodem libro ſimiliter eos facere dicit: qui inter ſe contenderent, vter potius Rempublicam adminiſtraret, vt ſi nautæ inter ſe certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret.

Principum) Cæſaris & Pompeij. Eorum qui ſequebantur) Quorum artificijs factum diximus, vt hæc bella gererētur: qui Cæſaris & Pompeij inimicitias augebant.

Belli ciuilis origo.

Cauſa dubia) Vt artium ſcriptores genus cauſę dubium vocant, quod honeſtam vt accuſationem ita defenſionem habet. Quum enim Cæſar ſuperiorem Pompeius parem habere nollet, negauit Cæſar ſe dimiſſurum excercitum, quē in Gallia habebat, niſi a Pompeio itidem dimitteretur: Cn. Pompeius conſtituit non pati C. Cæſarem Conſulem aliter fieri niſi excercitū & prouincias tradiderit. Cæſari aūt perſuaſum eſt, ſe ſaluū eſſe non poſſe, ſi ab exercitu receſſerit. Fert illā tamen conditionē, vt ambo exercitus tradant. Author eſt M. Cælius lib. epiſt. Cice. Familiariū. viij. Aliæq; inter eos fuerunt contentiones, que ex alterutra parte honeſtatis ſpeciē habebant. Cauſa tum

dubia) Enthymema ex conſequentibus eſt, vt ait Quintilianus libro quinto. Habet enim propoſitonem cui protinus coniuncta probatio eſt. Eſt autem duplex enthymema ex conſequentibus. Vnum, Cauſa tum dubia, q erat aliquid in vtraq parte, quod probare poſſet. Alterum, Nunc melior certe ea iudicāda eſt, quam etiam dij adiuuerunt. Hic quoq idem in eodem libro ex deorum authoritate ſumptum eſſe dicit argumentum, quum cauſam C. Cæſaris meliorem, quia dij hoc iudicauerint, confitetur. Niſi armatus) Clementiam Cæſaris commendat, vt Ligario facilius ignoſcat, qui contra eum nunq̄ armatus fuerit.

Sed vt omittam communem cauſam, veniamus ad noſtram. vtrum tandem exiſtimas facilius fuiſſe Tubero Ligarium ex Africa exire, an vos in Africam non venire? Poteramus ne, inquies, cum Senatus cenſuiſſet? ſi me conſulis, nullo modo, ſed tamen Ligarium Senatus idem legauerat. atque ille eo tempore paruit, cum parere Senatui neceſſe erat: vos tunc paruiſtis, cum paruit nemo qui noluit. Reprehendo igitur? minime vero. neque enim licuit aliter veſtro generi, nomini, familiæ, diſciplinæ. ſed hoc non concedo, vt quibus rebus gloriemini in vobis, eaſdem in aliis reprehendatis. Tuberonis ſors coniecta eſt, ex S.C. cum ipſe non adeſſet, morbo etiam impediretur, ſtatuerat ſe excuſare. Hæc ego noui propter communes neceſſitudines quæ mihi ſunt cum C. Tuberone. Domi vnà eruditi, militiæ contubernales, poſt affines, in omni deniq vita familiares, magnum etiam vinculum, q iiſdem ſemper ſtudiis vſi ſumus. Studiorum vinculum.

Vtrum tandem exiſtimas facilius) Ligarij cauſam fuiſſe meliorem cauſa Tuberonis oſtendit, q Ligario neceſſe fuit parere Senatui, cum in Africam legāti, eidem in Africa remanere neceſſe fuit. Tuberoni vero neceſſe non fuit parere Senatui. Tum enim paruit Tubero, quum paruit nemo qui noluit. Voluntaria igitur profectio eius in Africam fuit. Quum Senatus cenſuiſſet) Primum Conſules profecturi in prouinciam, Legatum ſibi eligebant, deinde Conſulum alter ad Senatum referebat. Legatus Conſulis.

Quid ſib i ea de re placeret, Senatus conſtituebat, vt eſt apud Ciceronem in Oratione pro lege Manilia. Eodem authore in Vatinium teſtem, Legati ex Senatus authoritate more maiorum legebantur, nec ſine Senatuſconſulto ante Vatinium quiſq̃ Legatus eſt. Idem Legatos appellat nuncios pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici conſilij authores, muneris prouincialis miniſtros. Si me conſulis, nullo modo) Nunq̃ enim cenſuiſſem tum Senatui non eſſe parendum. Tuberonis ſors coniuncta eſt) Quoddam genus diuinationis apud veteres fuit per ſortes. Sortium autem inuẽtio illa fuit, vt eſt apud Ciceronem libro de Diuinatione ſecundo, Prꝗneſte honeſtus vir & nobilis Numerius Suffuſius ſomnis crebris, & ad extremum minacibus iubebatur certo in loco ſilicem cædere. Id quum ageret perfracto ſaxo ſortes eruperunt, in robore inſculptę priſcarũ literarum notis. Eodem tempore mel ex oleo fluxit. Reſponderunt Aruſpices, ſumma nobilitate ſortes illas futuras. Eorũq; iuſſu ex illa olea arca facta eſt, vbi ſortes conderentur, quæ hodie, inquit Cicero, fortunæ monitu, pueri manu miſcentur atq; ducuntur. Manu autem pueri ſortes mouebantur, poſtea ducebantur, quo maior fortunæ locus eſſet. Sortes ductas vt in rẽ apte cadant fieri poſſe diuinitus Q. Cicero credit in libro de diuinatione primo. Dicta autem quæ malum bonumve portendi ſignificarent, erant illarum ſortium ſcripta. T. Liuius libro vigeſimoſecundo inter prodigia, quæ pugnam ad Thraſimenum lacum præceſſiſſe enumerat, nunciatum eſſe dicit ſortes attenuatas ſua ſponte, vnamque excidiſſe ita ſcriptam, Mauors telum ſuum concutit. Alias ſortes additas eſſe, aut nouas poſtea factas colligi poteſt ex Aelio Lampridio, qui Alexandro genero Imperatori Romano, cuius vitæ Heliogabalus inſidiabatur, illam ſortem in templo Præneſtinæ Veſtæ dicit obueniſſe, Si qua fata aſpera rumpas, Tu Marcellus eris. Quæ verba ſunt ex libro Aeneidos ſexto. Arbitror itaque fuiſſe morem, vt Legati ſors ex Senatuſconſulto duceretur fortunæ tentandæ cauſa, priuſquam in prouinciam proficiſceretur, quemadmodum auſpicijs in prouinciam proficiſci Conſules ſolebant. Nec obſtat quod Cicero in ſecundo de Diuinatione tollat ſortes, quum etiam tollat auſpicia cæteraque diuinationis genera. Nec ſortem pro ſortitione hic intelligi putem. quemadmodum Athenis Prætores, theſmothetæ & Imperatores inſtituto veteres ſortito fieri ſolebant, vt ait Plutarchus in vita Periclis. Cum L. Tuberone) Is eſt accuſatoris pater. Eum Cicero in oratione pro Cn. Planco neceſſarium ſuum appellat, eumque Q. Ciceroni fratri Legatum fuiſſe dicit. Domi vna eruditi) Authore Quintiliano libro primo, cõdiſcipulorum amicitiæ vſque ad ſenectutem firmiſſime durant, religioſa quadam neceſſitudine imbutæ. Neque enim eſt ſanctius ſacris, iiſdem q̃ ſtudijs initiari. Domi) id eſt in patria, vel tempore pacis, ne in priuatis parietibus intelligas. Militiæ contubernales) Ne commiſſo prælio acies facile turbaretur atq; cõfunderetur, Romanis mos erat vt legionem in cohortes, cohortes in centurias, centurias in contubernia diuiderent. Sunt autem contubernia ex decẽ militibus ſub vno tentorio degentibus. Manipulus autem cõtubernium vocabatur, ab eo q̧ coniunctis mœnibus pariter dimicarent. Author eſt Vegetius in lib. de re militari ſecundo. Hæc contubernij ſocietas non habet vim paruam ad vinculũ amicitię

Sortium inuentum.

Numerius Suffuſius.

Contubernia.

Manipulus

arctius colligandum. Poſt affines) Principio huius orationis Q. Tuberonem propinquum ſuum appellauit. Ea propinquitas nata eſt ex affinitate Ciceronis cum L. Tuberone. Magnum etiam vinculum) apud Ciceronem in libro de amicitia Lælius, Recordatione, inquit, noſtræ amicitiæ ſic fruor, vt beate vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim, quo cum mihi coniuncta cura de Repub. & de priuata fuit, quocum domus fuit, & militia communis, & in quo eſt omnis vis amicitię, voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio. Idem Cicero in lib. de Officijs. j. Nihil amabilius nec copulatius, q̄ morum ſimilitudo bonorum. In quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates: in his fit, vt æque quiſq; altero delectetur ac ſeipſo: efficiturq; id quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit, vt vnus fiat ex pluribus. Hę autem neceſſitudines ſunt communes eorum vtriq;, quibus vterq; cum altero ęque deuincitur.

Propinqui etiã affines.

Studiorum cõſenſio firmat amicitiam.

Scio igitur Tuberonẽ domi manere voluiſſe, ſed ita quidem agebant: ita Reipublicæ ſanctiſſimum nomen opponebant: vt, etiam ſi aliter ſentiret, verborum tamen ipſorum pondus ſuſtinere non poſſet. ceſſit auctoritati ampliſſimi viri, vel potius paruit. Vnà eſt profectus cum iis, quorum erat vna cauſa. tardius iter fecit. Itaq; in Africã venit iam occupatam. hinc in Ligarium crimen oritur, vel ira potius. nam ſi crimen eſt prohibere illum voluiſſe, non minus magnum eſt, vos Africam, omnium prouinciarum arcem, natã ad bellum contra hanc vrbem gerendum obtinere voluiſſe, q̄ aliquem ſe Imperatorem eſſe maluiſſe. atq; is tamen aliquis Ligarius non fuit. Varus imperiũ ſe habere dicebat. faſces certe habebat. Sed quoquo modo ſeſe illud habet, hæc querela veſtra Tubero quid valet? recepti in prouinciã non ſumus. quid ſi eſſetis? Cæſari ne eam tradituri fuiſſetis? an contra eum retenturi?

Scio Tuberonem domi manere voluiſſe) Hoc dicit, vt oſtendat licuiſſe Tuberoni Senatui non parere: eumque nauigaturum nõ fuiſſe niſi ab aliquibus impulſus fuiſſet. Fuit igitur profectio eius voluntaria. Opponebant) ad euincendum eius animũ. Etiam ſi aliter ſentiret) id eſt quanuis proficiſci nollet. Verborum tamen ipſorũ &c) id eſt verborum grauitati cederet, & perſuaderetur. Ampliſſimi viri) Cn. Pom-

peij,cuius partes Senatus ſequebatur. Ceſſit vel potius paruit)Correctio eſt. Tollit enim quod dictum eſt,id eſt ceſſit,& pro eo id quod magis idoneum videtur reponit, id eſt paruit:vt paulo poſt,Vide quid licentiæ Cæſar nobis tua liberalitas det, vel potius audaciæ. Vna cauſa) id eſt eadem. Iam occupatam) a Varo. Hinc in Ligarium) Ex arte admonet Cicero quæ irarum cauſa Tuberonis cum Ligario fuerit, vt oſtendat Ligariũ accuſari a Tuberone non cauſa Cæſaris,ſed odij. Vos) id eſt te Tubero & patrem tuum. Apoſtrophe vtitur ſæpius. Natum ad bellum) Propter bella Punica dicit, ſed ad conciliandam Cæſaris beneuolentiam videtur intelligere etiam bellum illud quod deuicto Pompeio in Africa Cæſar confecit. Ibi enim quum ingẽtes copię coactæ a Varo eſſent, & Numidarum Rex Iuba opem auxiliumq; ferret,eodem venerunt poſt cædem Pompeij,primum Scipio, deinde Cato cum magnis exercitus Pompeiani reliquijs. Ibi Cæſar eodem die ingẽti ſtrage facta trinis caſtris hoſtium potitus eſt. vt eſt apud Plutarchum in vitis Cæſaris & Catonis. Non minus magnum eſt) Quum quis quid improbe facere conatus eſt,id perinde habẽdum eſt, atq; ſi perfeciſſet. Non enim modo exitus rerum, vt ait Cicero pro Milone,ſed hominum conſilia legibus vindicantur. Idem pro C. Rabirio,nihil putat intereſſe inter eũ qui hominem occidit, & eum qui cum telo occidendi hominis cauſa fuit. Eſt igitur

Voluntas pro facto.

ſententia,Vos voluiſtis obtinere imperium in Africa contra Cæſarẽ. Varus iam contra eundem occupauerat. crimẽ veſtrum q̃ Vari minus eſt,ſe eſſe maluiſſe q̃ vos,qui propterea vos prohibuit. Atq; his tamen aliquis) qui Imperatorem ſe eſſe maluit.

Varus imperium ſe habere dicebat) id non fuiſſe imperium ſignificat, niſi illud imperium eſſe potuit,quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ,nullo publico conſilio delatum ſit,vt antea dixit. Faſces) id eſt lictores,quos habebant, qui cum imperio in prouincia erant. Recepti in prouinciam non ſumus &c. Authore Quintiliano libro quinto, artificis eſt inuenire in actione aduerſarij, quæ inter ſemetipſa pugnent aut pugnare videãtur,quæ aliquãdo ex rebus ipſis manifeſta ſunt: vt in cauſa Cæliana, Clodia aurum ſe Cælio commodaſſe dicit,quod ſignum magnę familiaritatis eſt:venenum ſibi paratum,quod ſummi odij argumentum eſt. Tubero Ligarium accuſat,ꝙ is in Africa fuerit, & queritur,ꝙ ab eo ipſe in Africam non ſit admiſſus. Hæc ille. Ibi autẽ pugnantia eſt. Voluit Tubero ire in Africam contra Cæſarem. Id.o in Africa contra Cæſarem eſſe probat. Accuſat Ligarium ꝙ in Africa contra Cæſarem fuerit. Id igitur improbat.

Vide quid licentiæ Cęſar nobis tua liberalitas det, vel potius audaciç. ſi reſponderit Tubero, Africam, quo Senatus eum ſorsque miſerat, tibi patrem ſuum traditurum fuiſſe: non dubitabo apud ipſum te, cuius id eum facere interfuit, grauiſſimis verbis eius conſilium reprehendere, non enim

ſi tibi ea grata fuiſſet, eſſet etiam probata: ſed iam hoc totum omitto, non tam vt ne offendam tuas patientiſſimas aures, quàm ne Tubero, quod nunquam cogitauit, facturus fuiſſe videatur. Veniebatis igitur in Africam prouinciam vnam ex omnibus huic victori maxime infeſtam, in qua erat Rex potētiſſimus, inimicus huic cauſæ, aliena voluntas, conuentus firmi atque magni. Quæro quid facturi fuiſſetis? quanquam quid facturi fueritis non dubitem, cū videam, quid feceritis: prohibiti eſtis in prouincia veſtra pedem ponere, vt perhibetis, ſumma cum iniuria, quomodo id tuliſtis? acceptę iniurię querelam ad quem detuliſtis? nē pe ad eum, cuius auctoritatem ſecuti in ſocietatem belli veneratis. quod ſi Cæſaris cauſa in prouinciam veniebatis, ad eum profecto excluſi prouincia veniſſetis. Veniſtis ad Pōpeium, quæ eſt ergo apud Cæſarem querela? cum eum accuſetis, a quo queramini vos prohibitos contra Cæſarem bellum gerere? Atq; in hoc quidē vel cum mendacio ſi vultis, gloriari per me licet: vos prouinciam fuiſſe Cæſari tradituros etiam ſi a Varo & quibuſdam aliis prohibiti eſſetis: ego autem confitebor eſſe culpam Ligarii, qui vos tantæ laudis occaſione priuauerit. Sed vide quæſo Cæſar conſtātiam ornatiſſimi viri L. Tuberonis: quam ego, q̄uis ipſe probarem vt probo, tamē non commemorarem, niſi a te cognouiſſem in primis eam virtutem ſolere laudari.

Tradit urum) melius q̄ redditurum legatur. Redditur enim quis ei a quo prius datus fuit. Traditur autē ab eo in cuius poteſtate eſt, ei in cuius poteſtate non eſt. Cuius) Nam Cæſari expediuiſſet, ſi admiſſus Tubero Africam ei tradidiſſet. Eius cōſilium reprehendere) q̄ Africam a Senatu acceptam Cæſari prodiderit. Patientiſſimas aures) i. attentiſſime & patientiſſime audiētes. Vt Horatius in Epiſtolis, nemo adeo ferus eſt, vt non miteſcere poſſit, Si modo culturæ patientem accommodet aurem. Quod nunquam cogitauit) vt Africā tibi traderet. Facturus fuiſſe videatur, Patiētes aures.

Iuba hiſtoricus.
Seruitus fortunata.

ſi in eo diutius mea verſetur oratio) Hoc autem ideo dicit, vt oſtẽdat Tuberonem in eadem culpa eſſe, qua Ligarium accuſat. Huic victoriæ) Cæſaris. Rex potentiſſimus) Iuba. De quo quum Cæſar triumpharet, eius filius Iuba infans ad modum in in triumpho ductus eſt, ſeruitutem nactus fortunatã, ſiquidem ex barbaro ac Numida inter doctiſſimos ſcriptores connumeratus eſt, vt ait Plutarchus in vita Cæſaris. Pedem ponere) Maiorem inuidiam Tubero voluit facere Ligario, q̃ ſi dixiſſet, in prouinciã ingredi. Hoc autem verbum, quod inuidioſum voluit videri Tubero, ideo repetit Cicero, vt rem euelet: alioqui verbis extenuandum erat, quod aduerſari⁹ amplificauerat. Quod enim ab aduerſario dictum eſt, id prius repeti q̃ refutari ſolet, vt intelligat Iudex qua de re dicamus. Nempe ad eum) Probat Tuberonẽ voluiſſe obtinere Africam pro Pompeio contra Cæſarem. Ad eum) Pompeium. Excluſi) id eſt non admiſſi. Atq; in hoc quidem vel cum mendacio) Si vultis, inquit, mentiri, vt dicatis vos tradituros fuiſſe Africam Cæſari, inuitis Varo & alijs quibuſdam, ſi in eam admiſſi fuiſſetis, id concedam vobis, ſed tam pertinaciter conſtantiam veſtram retinetis, vt omnino confiteri nolitis id quod conſtantiæ veſtræ contrariũ ſit. Conſtantiam Tuberonum inde probat ꝙ iniuria affecti ab ijs qui pro Põpeio Africam tenerent turpiter & cum crudelitate eiecti ad hoſtem non defecerint: ſed ad Põpeium venerint, cuius animum nihil de tanta iniuriæ querela commouerunt. Hoc autem dicere ſe ad Tuberonum gloriam ſimulat: ſed ideo dicit, vt Ligarij q̃ Tuberonum cauſam oſtendat leuiorem, vt pro Ligario Cæſaris clementiam impetret facilius. Prohibiti eſſetis) tradere.

Quæ fuit igitur vnquam in vllo homine tanta conſtantia? conſtantiam dico? neſcio an melius patientiam poſſem dicere. Quotus enim iſtuc quiſq; feciſſet? vt a quibus partibus in diſſenſione ciuili non eſſet receptus, eſſetq; etiam cum crudelitate eiectus, ad eas ipſas rediret? magni cuiuſdam animi, atque eius viri eſt, quem de ſuſcepta cauſa propoſitaque ſententia, nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum poſſet depellere. Vt enim cætera paria Tuberoni cum Varo fuiſſent: honos, nobilitas, ſplendor, ingenium, quæ nequaq̃ fuerunt, hoc certe præcipuum Tuberonis fuit, ꝙ iuſto cum imperio, ex Sen. C. in prouinciam ſuam venerat, hinc prohibitus non ad Cæſarem, ne iratus: non domum, ne iners: non in aliquam regionem, ne condemnare cauſam, illã quam ſecutus eſſet, videretur: in Ma-

cedoniam in Cn.Pompeii caſtra venit, in eam ipſam cauſam a qua erat reiectus cum iniuria. Quid cum iſta res nihil cõmouiſſet eius animum, ad quem veneratis, languidiore credo ſtudio in cauſa fuiſtis? tantummodo in præſidiis eratis? animi vero a cauſa abhorrebant? an, vt fit in ciuilibus bellis (nec in vobis magis, q̃ in reliquis) omnes vincendi ſtudio tenebamur? Pacis equidem ſemper auctor fui, ſed tum ſero, erat enim amẽtis cum aciem videres, pacem cogitare. Omnes inquam vincere volebamus: tu certe præcipue, qui in eum locum veniſſes, vbi tibi eſſet pereundum, niſi viciſſes. quanq̃, vt nunc ſe res habet, non dubito quin hanc ſalutem anteponas illi victoriæ. Hæc ego non dixerim Tubero, ſi aut vos conſtantiæ veſtrę, aut Cæſarẽ beneficii ſui pœniteret. Nunc quęro vtrum veſtras iniurias, an Reip. perſequamini? ſi Reip. quid de veſtra in ea cauſa perſeuerãtia reſpondebitis? ſi veſtras, videte ne erretis, qui Cæſarem veſtris inimicis iratum fore putetis, cum ignouerit ſuis.

Conſtantiam dico &c.) Correctio eſt. Quæ nequaquam fuerunt) paria ſcilicet. his enim Varum Tubero ſuperabat. Hęc res Tuberonis animum permouere magis debebat, vt a Pompeio deficeret, ſed obſiſtebat conſtantia. Hoc certe præcipuum Tuberonis fuit) quod in Varo non erat. Nam imperium occupauerat. Ne iratus) Iuſta enim ira impulſi multi ad hoſtem deficiunt. Ne iners) id eſt militiam fugitans, aut timidus. Eius animum) Pompeij. Languidiore credo &c.) In interrogatione cuius reſpondetur contrarium, credo ponitur. Tantummodo in pręſidijs) ne in acie pugnaretis. A cauſa) Scilicet Pompeij. Pacis equidem ſemper author fui) Maiorem Tuberonis cupiditatem vincendi, ex ſe Cicero oſtendit argumento minore ad maius. Quum enim Cicero pacis author ſemper fuerit, is tamen vincere cupiebat? quanto magis idem cupiebat Tubero, qui tam ſtudioſe Pompeij partes ſemper adiuuerit? Cicero priuatis conſilijs diligentem operam dedit, partim ad Cæſarem ſcribẽdo, partim Pompeium obſecrando vt vtrumq; pacaret. Sed irritatis vtriuſq; animis id fruſtra tentauit, vt ait Plutarchus in vita Ciceronis. Cicero in libro Epiſtolarum familiarium. vij. ſcribit ad M. Marium ſe ſemper authorem pacis fuiſſe. Idem lib. xvj. ad Tironem ſcribit, vt venit ad vrbem, ſe non deſtitiſſe omnia & ſentire & dicere, & facere, quæ ad concordiam pertinerent. Nam mirus inuaſerat furor, non ſolum improbos, ſed etiam hos qui boni habebantur. Vbi tibi eſſet pereundum) quia Pom-

Cicero pacis author

peij partes pro viribus adiuueras. Vt nunc ſe res habet) Victore Cæſare, qui tibi ignouit. Hinc ſalutem tuã) a Cæſare acceptam. Beneficij ſui) q vobis ignouerit. Perſequimini) in Ligario accuſando. De veſtra in ea cauſa perſeuerãtia) id eſt quod perſeuerauerítis in cauſa Pompeij vſq; ad Cæſaris victoriam. In quo ſi Ligariũ peccaſſe contra Remp. dicitis, vos quoq; peccaſſe fateamini neceſſe eſt. Quum ignouerit ſuis inimicis) A difficiliori argumẽtatur. Difficilius enim iraſci eſt inimicis alienis q̃ ſuis. Suis autem ignouit Cæſar, alienis itaq; eum facere iratum difficillimum eſt.

Itaq; num tibi videor Cæſar in cauſa Ligarii occupatus eſſe? num de eius facto dicere? quicquid dixi ad vnam ſummam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel miſericordiæ tuæ. Cauſas Cæſar egi multas, & quidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorũ: certe nunquam hoc modo, Ignoſcite Iudices, errauit, lapſus eſt, nõ putauit: ſi vnquam poſt hac. ad parentẽ ſic agi ſolet: ad iudices, Non fecit, non cogitauit, falſi teſtes, fictum crimen. Dic te Cæſar de facto Ligarii iudicẽ eſſe, quibus in præſidiis fuerit: quære, taceo. ne hæc quidẽ colligo, quæ fortaſſe valerent etiam apud Iudicẽ, Legatus ante bellum profectus, relictus in pace, bello oppreſſus, in eo non acerbius fuit, tametſi totus eſſet ſtudio tuus. ad Iudicem ſic agi ſolet. Sed ego ad parentẽ loquor, Erraui, temere feci, pœnitet, ad clementiam tuã confugio, delicti veniam peto, vt ignoſcas oro. ſi nemo impetrauit, arroganter peto: ſi plurimi, tu idem fer opem, qui ſpẽ dediſti. An ſperandi Ligario cauſa non ſit, cum mihi apud te locus ſit etiam cum altero deprecandi? quanquam neq; in hac oratione ſpes eſt poſita cauſæ, nec in eorum ſtudiis qui a te pro Ligario petunt tui neceſſarii. Vidi enim, & cognoui quid maxime ſpectares cum pro alicuius ſalute multi laborarent, cauſas apud te rogantiũ gratiores eſſe, quam preces: neq; ſpectare q̃ tuus eſſet neceſſarius is, qui te oraret, ſed q̃ illius, pro quo laboraret. Itaq; tribuis tu quidem tuis ita multa, vt mihi beatiores illi eſſe videãtur interdũ,

qui tua liberalitate fruuntur, quam tu ipſe, qui illis tam
multa concedis.

Itaque num tibi videor &c.)Concluſio eſt per commiſerationem. Extenuat autem
Cicero ſuam in Ligario defendendo diligentiam, vt maiorem Cæſaris faciat clemē-
tiam ad quam tota hæc Ligarij cauſa refertur. Occupatus eſſe)id eſt laborare. Et
quidem tecū)C. Cæſar poſt accuſationem Dolabellæ repetūdarum principibus patro
nis adnumeratus eſt. Negat Cicero de Claris oratoribus videre ſe cui Cæſar debeat ce
dere aitq; eum elegantem ſplendidā magnificā ac generoſam rationem dicendi tene
re. Author eſt Suetonius in vita Cæſaris. Apud Ciceronem plura legere licet. Au-
thore Plutarcho Cæſari elegantiſſima quædam ciuilis eloquentiæ vis a natura inſi-
ta fuit, in qua locum ſecundum ſine controuerſia conſecutus eſt, priorem minime cō
ſecutus. Nam cum rei militaris vrbanorumq; magiſtratuum curam ſuſcepit, tum di
cendi rationem omiſit. Idem cum Cicerone Appollonium Molonem Rhodi audi-
uit. Honorum)id eſt magiſtratuum. Certe nunq̄ hoc modo, ignoſcite &c.) Hoc
Ciceronis loco probat Quintilianus libro ſeptimo deprecationem in iudicium non
venire, quam habere locum dicit apud populum, apud principem, in Senatu, & vbi-
cunq; iuris clementia eſt. Ad iudices ſic agi ſolet)ſcilicet. Nec hæc quidem colligo
quæ ſequuntur ad Ligarij defenſionem, ſi dicas te iudicem eſſe de facto Ligarij. Hoc
totum pertinet ad maiorem clementiæ Cæſaris commendationem, qui Ligarium
in patriam reſtituerit: id non ob vllam facti defenſionem, ſed ob innatam ei clemen
tiam fecerit. Legatus ante bellum profectus)Simulat nolle ſe dicere pro Ligarij de
fenſione, quæ tamen dicit. Ad parentem)id eſt ad te Cæſar parentē patriæ. Er-
raui, temere feci &c. Patronus litigatoris perſona vtitur. Id in mouendis affectibus
vim habet multo maiorem, q̄ ſi de eo loqueretur in perſona tertia. Quintilianus li-
bro ſexto de his quæ ad rei miſericordiam flectāt Iudices præcipiens, His, inquit, præ
cipue locis vtiles ſunt proſopopœiæ, id eſt fictæ alienarum perſonarum orationes,
quales litigatorem decent vel patronum. Idem paulo poſt. Ex perſonis quoq; trahi-
tur affectus. Non enim audire Iudex videtur aliena mala deflentes, ſed ſenſum ac vo
cem auribus percipere miſerorum, quorum etiam mutus aſpectus lachrymas mo-
uet. Quantoq; eſſent miſerabiliora, ſi ea dicerent ipſi, tanto ſunt quadam portione
ad afficiendum potentiora, quum velut ipſorum ore dicuntur &c. Qui ſpem dediſ-
ſti)ignoſcendo multis. An ſperandi Ligario)Argumētum a difficiliori eſſe Quin
tilianus lib. v. ſcribit. Difficilius enim videtur, vt Cicero apud Cæſarē deprecādi locū
pro altero habeat, q̄ vt ille alter ſperet. Quæ q̄ neq; in hac oratione)Cæſaris ea eſt in
amicos beneuolētia, vt quū quid amici precantur, ab eo pro aliorū ſalute, non tā ſpe-
ctet quid precētur, q̄ quæ precādi cauſa fuerit, hoc eſt, qua deuincti ſint neceſſitudine
cū eo cuius cauſa precentur. Hac eīn ratione beneficiū fore ſperat, vt iucūdius habeat
& gratius. Quod igitur Cicero hac oratione Cæſarē deprecetur, vt Ligario ignoſcat,
quę rogādi cauſa, q̄ q̄ p̄ces ſint poti⁹ Cęſar ſpectabit. Itaq; ſpes cauſę Ligarij in hac ora
tione poſita nō eſt, ſed in cauſa cur Cic. alijq; neceſſarij Cęſaris ipſū p̄cent, vt Ligario

ignoſcat. In eorum ſtudijs)In Cęſarem ſcilicet,ne de ſtudijs in Ligarium intelligas.
Laboraret)id eſt ſolliciti eſſent,& te precarentur.

Sed video tamen apud te cauſas vt dixi rogantium,vale
re plus q̃ preces:ab iisq; te moueri maxime, quorũ iuſtiſſi-
mum dolorem videas in petẽdo. In Quinto Ligario conſer
uando multis tu quidem gratum facies neceſſariis tuis,ſed
hoc quęſo conſidera, quod ſoles, poſſum fortiſſimos viros
Sabinos,tibi probatiſſimos,totũq; agrum Sabinum florẽ
Italię,robur Reipub.proponere,noſti optime homines,ani
maduerte horum omnium mœſtitiã, & dolorem, huius T.
Brocchi,de quo nõ dubito quid exiſtimes,lacrhymas, ſqua
loremq; ipſius & filii vides,quid de fratribus dicã?Noli Cæ
ſar putare de vnius capite nos agere, aut tres Ligarii reti-
nẽdi in ciuitate ſunt, aut tres ex ciuitate exterminãdi?quod
uis exilium his eſt optatius,q̃ patria, q̃ domus, q̃ dii pena-
tes,vno illo exulante. Si fraterne,ſi pie, ſi cũ dolore faciũt,
moueant te horum lachrymæ,moueat pietas, moueat ger-
manitas,valeat tua vox illa,quæ vicit:te enim dicere audie
bamus, Nos omnes aduerſarios putare, niſi qui nobiſcum
eſſent:te omnes qui contra te non eſſent,tuos. Vides ne igi
tur hunc ſplendorem omnem, hanc Brocchorum domum,
hunc L.Martium,C.Cęſetinum,L.Cornificiũ,noſce omnes
Equites Ro.qui adſunt veſte mutata,non ſolum notos tibi,
verum etiam probatos viros,qui tecum fuerunt? Atq; his
maxime iraſcebamur,& hos requirebamus, & his nonnulli
minabantur. Conſerua igitur tuis ſuos: vt quemadmodum
cętera,quę dicta ſũt a te,ſic hoc veriſſimum reperiatur.Q;
ſi penitus perſpicere poſſes concordiã Ligariorum, omnes
fratres tecũ iudicares fuiſſe.An poteſt quiſq̃ dubitare quin
ſi Q.Ligarius in Italia eſſe potuiſſet, in eadem ſententia
fuiſſet futurus,in qua fratres fuerunt?

Cauſas rogantium apud te) pro aliorum ſalute. Iuſtiſſimum dolorem) de calamitate eius pro quo laborent. Gratum facies) ſic dicendum eſt, non vt quidam pręcipiunt gratam rem facies, quod a Latinis dici non arbitror. Quod ſoles) id eſt rogantium cauſas. Sabinos) Ligarium genere Sabinum fuiſſe ſignificat, quod de ſalute eius Sabini vniuerſi laborarent. Totumque agrum Sabinum) id eſt omnes ex agro Sabino. Moeſtitiam) Affectus mouet Cicero a Sabinorum moeſtitia & dolore: a T. Brocchi eiusque filij lachrymis & ſqualore: a fratrum deſiderio, qui in exilio cum fratre, q̄ in patria ſine fratre malint viuere: ex hisque cum Ligario patientur fratres niſi reſtituatur: ex meritis, quæ in Cæſarem T. Ligarius Quæſtor contulit. Squaloremq;) Non reus tantum ſquallidus erat, ſed etiam eius neceſſarij, & qui eius cauſæ fauebant, præter patronum. Vt Cicero in Oratione poſt reditum ad Quirites dicit, pro ſe viginti hominum milia cum Senatu veſtem mutaſſe, quum a P. Clodio reus factus eſt. Fraterne) id eſt ex officio fratrum, vt fratres facere decet. Fraterne amare pro eo quo eſt tanquam fratrem amare dicit in libro Epiſtolarum ad Atticum primo. Cura, inquit, vt valeas, & nos ames, & tibi perſuadeas te a me fraterne amari. Vt germaniſſimum pro ſimillimo idem dicit in libro Academicarum Quæſtionum quarto, Antiochus, inquit, qui appellabatur Academicus, erat quidem, ſi perpauca mutauiſſet, germaniſſimus Stoicis. Germanitas) id eſt fraternitas. Moueat te) Huiuſmodi vocum repetitio quantam vim afferat orationi, hoc exemplo cognoſci poteſt. Nos omnes aduerſarios putare) Q. omnes eſſent aut pro nobis aut contra nos, nullum autem eſſet tertium. Hinc L. Martium, C. Cęſetinum &c.) Hunc locum eſſe arbitror vbi Cicero L. Curſidium errore memoriæ aſcripſerat, quod Curſidius Ligariorum perneceſſarius fuerit, ſed tum mortuus quum Ligarij cauſa ageretur. Cuius rei Cicero a Bruto T. Ligarij verbis admonitus, id nomen ex omnibus libris tollendum poſtulauit, vt libro ad Atticum. xiij. ſcribit. Adſunt) id eſt taciti patrocinantur Ligario, quod veſtem mutauerint. Iraſcebamur) nos qui Pompeium ſecuti eramus, quod nobiſcum non eſſent. Ex his) qui Pompeium ſecuti ſunt, quidam non ſolum armatis, ſed interdum etiam ocioſis minabantur. Nec quid quiſq; ſenſiſſet, ſed vbi fuiſſet cogitandum eſſe dicebant, vt ait Cicero pro M. Marcello. Requirebamus) id eſt deſiderabamus. Hoc veriſſimum) quod dixiſti te putare tuos eſſe omnes qui contra te non eſſent. Cuiuſmodi Ligarius fuit. Omnes fratres tecum) Credibile facit Cicero Ligarium contra Cæſarem non fuiſſe. Tres enim fratres Ligarij erant concordiſſimi. Credendum non eſt Q. Ligarium ſequutum Pompeium, quum duo Cæſarem ſequuti fuerint. Si potuiſſet Romæ eſſe Ligarius, is in eadē cum fratribus ſententia fuiſſet.

Fraterne

Germaniſſimus.

Quis eſt qui horū conſenſum cōſpirātem & pene conflatū, in hac prope æqualitate fraterna non nouerit? qui hoc non ſentiat, quiduis prius futurū fuiſſe, q̄ vt hi fratres diuerſas ſententias, fortunasq; ſequerētur? Voluntate igitur omnes tecū fuerunt, tēpeſtate abreptus eſt vnus, qui ſi conſilio id

feciſſet, eſſet eorum ſimilis, quos tu tamen ſaluos eſſe voluiſti. Sed ierit ad bellum, diſſenſerit non a te ſolum, verum etiam a fratribus, hi te orant tui. Equidem cum tuis omnibus negociis intereſſem, memoria teneo qualis tum T. Ligarius Quæſtor Vrbanus fuerit erga te, & dignitatem tuam. ſed parum eſt me hoc meminiſſe: ſpero etiam te, (qui obliuiſci nihil ſoles niſi iniurias: quoniam hoc eſt animi, quoniam etiam ingenii tui) te aliquid de huius Quæſtoris officio cogitantem, etiam de aliis quibuſdam Quæſtoribus reminiſcentem recordari. Hic igitur T. Ligarius, qui tum nihil egit aliud, neq; enim hæc diuinabat, niſi vt tu eũ ſtudioſum, & bonum virum iudicares: nunc a te ſupplex fratris ſalutem petit. quam huius admonitus officio cum vtriſq; his dederis, tres fratres optimos & integerrimos, non ſolum ſibi ipſos, neq; his tot ac talibus viris, neq; nobis neceſſariis, ſed etiam Reipublicæ condonaueris. Fac igitur quod de homine nobiliſſimo & clariſſimo M. Marcello reſtituto feciſti nuper in curia, nunc idem in foro optimis & huic omni frequentiæ probatiſſimis fratribus vt conceſſiſti illum Senatui, ſic da hunc populo, cuius voluntatem chariſſimam ſemper habuiſti.

Tempeſtate abreptus eſt vnus) Vnde ſumpta ſit tranſlatio ſatis patet. Abreptus) id eſt vi tempeſtatis ſeparatus. Virgilius in primo Aeneidos, Tres notus abreptas in ſaxa latentia torquet. Conſilio) id eſt non neceſſitate, ſed dedita opera.

Quos ſaluos eſſe voluiſti) id eſt quibus ignouiſti. Sed ierit ab bellum) Ignoſcendum Ligario dixit, quod ſtudio & voluntate cum fratribus Cæſarem ſecutus ſit. Q; ſi contra Cæſarem & fratres arma cepiſſet, eum tamen fratrum precibus condonari debere dicit, quantum T. Ligarius Quæſtor Vrbanus animo tam prompto fuerit erga Cæſarem, eiusq; dignitatem. Id artificioſum eſt, vt quum aliquid refutauimus, id aliquando aduerſario condonemus, vt fiat quaſi gradus ad proxima, quæ potentiora ſunt. Quæſtor vrbanus) Quæſtorum alij imperatores ad bellum proficiſcentes ſequebantur, quos filiorum loco Imperatores habebant, vt eſt in oratione Ciceronis poſt reditum in Senatu. Horum erat officium, vt rem pecuniariam adminiſtrarent, prædamque & manubias in rationem referrent. Alij erant vrbani qui ærarium

Romæ curabant, eiuſq; acceptas & expenſas pecunias in tabulas publicas referebāt. Hi Imperatori ad bellum proficiſcenti ſigna ex ærario promebant. Plura de Queſtoribus ſcripſit Budæus in Annotationib⁹ in Pandectas. Qui obliuiſci nihil ſoles niſi iniurias) Vrbanitas eſt honorifica, vt Marſus dicit authore Quintiliano libro ſexto. Maxima profecto laus eſt & clemētiæ & memoriæ. Quæ prompta & expedita Ceſaris memoria fuerit, apud Plinium eſt libro ſeptimo. Hoc eſt animi tui) id eſt ita vis, vt nihil obliuiſcare niſi iniurias. Animus enim eſt quo volumus. Ingenij tui) id eſt ingenitæ tuæ naturæ. Spero etiam te, te aliquid de huius) Hic alterum te ſuperuacaneum eſt. De huius Queſtoris officio cogitantem) Suadet a gratitudine, ꝙ aliquid officij in Cæſarem T. Ligarius alijq; Quæſtores cōtulerint, aut in ærario diripiendo, ꝙ ſe moleſtos Cæſari non præbuerint: aut certe in re nummaria. Eius memoriam Cęſari reuocat, quem oblitum eſſe non ſimulat. Qui tum) quum talis fuit in Cæſarem. Neq; eñ hæc diuinabat de fratris calamitate, vt hāc repeteret a Cæſare gratiā. Leuius enim habetur beneficiū, quod ſpe accipiendi alterius beneficij collocatur. Studioſum) tui ſcilicet. Huius) T. Ligarij. Officio) beneficio. Virgilius in libro Aeneidos primo, Officio nec te certaſſe priorem Pœniteat. Cuius voluntatem clariſſimam ſemper habuiſti) Cæſar enim vere popularis fuit, vt ait Cicero in Inuectiua in Catilinam tertia. Ideoq; chariſſimam potius q̄ clariſſimam puto legendum. Vt in Oratione in Senatu habita poſt reditum, Parentes chariſſimos, habere debemus, ꝙ ab his nobis vita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita eſt. In Oratione pro L. Cornelio Balbo, Eos qui principes fuerunt conſeruandę ſalutis aut dignitatis meę diligitis, & charos habetis. Habeo charum.

Et ſi ille dies tibi glorioſiſſimus, populo Romano gratiſſimus fuit, noli obſecro dubitare C. Cæſar ſimilē illi gloriæ laudem q̄ ſæpiſſime quærere. nihil eſt enim tā populare q̄ bonitas: nulla de virtutibus tuis plurimis, nec gratior nec admirabilior miſericordia eſt. homines enim ad deos nulla re propius accedunt, q̄ ſalutem hominibus dando. nihil habet nec fortuna tua maius, q̄ vt poſſis: nec natura tua melius, q̄ vt velis conſeruare q̄ plurimos. Longiorem orationē cauſa forſitan poſtulat, tua certe natura breuiorem. Quare cum vtilius eſſe arbitrer teipſum q̄ me, aut quēquam loqui tecum, finem iam faciam: tantum teipſum admonebo, ſi illi abſenti ſalutē dederis, pręſentibus his omnibus te daturū.

FINIS.

Si ille dies)quo Marcellum reſtituiſti. Noli dubitare) Nam vt in primo de Offi-cijs præcipit Cicero, Bene monent, qui vetant quicq̃ agẽdum, quod dubites æquum ſit an iniquum. Aequitas enim ducet ipſa per ſe: dubitatio autem ſignificat cogita-tionem iniuriæ. Noli igitur dubitare id æquum eſſe, tibiq; maxime glorioſum exiſti-mes. Seruio authore illam Iunonis ad Aeolum orationem enarrante, Aeole, nanq; tibi &c. Rhetoricũ eſt, vt in omni petitione illa obſeruentur, vt poſſit præſtari quod petitur, vt ſit res iuſta, vt habeat modum petitio, vt ſequatur remuneratio. Quę qua-tuor ſeruata ſunt in ea Virgilij oratione. Hic quoq; neglecta non ſunt. Poteſt præſta-re Cæſar quod petitur idque iuſtum eſt. Is enim Marcellum inimicum ſi ſupplican-ti Senatui reſtituit, reſtituere poteſt Q. Ligarium eius ſtudioſum deprecantibus fratribus, amicis Cæſaris, & pop. Rom. Modus eſt, vt patriæ eum reſtituat. Remu-neratio eſt, gloria maxima, quam ſibi hoc nomine Cæſar quæret. Tam populare) id eſt quo tam facile influas in populi animos. Bonitas) id eſt clementia & miſericor-dia, quæ iuſtitię ſpecies ſunt. Ex iuſtitia autem boni viri nominantur, vt ait Cicero in libro de Officijs. j. Ad deos nulla re propius accedunt) deos hominibus nocere non putant, vt idem ait lib. ij. Offic. Quin potius plurimum prodeſſe credidit Ethnicorũ antiquitas. Inde a iuuando Iouem appellauit. Fortuna tua) cuius beneficio victor factus es. Natura tua) qui clemens es & miſericors. Tua certe natura breuiorem) Magna eſt clementiæ Cæſaris amplificatio, quæ ita prompta eſt, vt oratione excitan-da non ſit. Præſentibus) Amplificatio beneficij, quod ſi in abſentem vnum confe-ratur, ad præſentes omnes peruenturum ſit.

FINIS.

FRANCISCI SYL-VII AMBIANI IN M. CICERONIS ORATIONEM PRO REGE DEIOTARO ARGVMENTVM.

DEiotarus vir clariſſimus atque optimus quum beneuolentia & fide erga Po. Rom. ſingulari, tum præſtanti magnitudine & animi & conſilii, non ſolum ſocius Impe-ratorum Ro. fuit in bellis, ſed etiã dux co-piarum ſuarum. Eiq; nõ ſine cauſa Cicero-nis, Catonis, Cęſaris, Pompeii, & Senatus iudicio tributũ eſt plurimũ. Is Tetrarcha totius Gallogræciæ fuit, Rex Armeniæ

minoris ab Senatu appellatus eſt,Gadiloneticę regionis partē Cn. Pōpeius eidē dedit.In ciuili bello Pōpeiū,ab eo ꝑ legatos euocatus, captato auſpicio ſecutus eſt.Cum eodem in Pharſalia victo fugit e pręlio.Ab eo diſcedens in Gallogræciā reuertitur. Iratus Cæſar ꝙ ſibi Pōpeiū ꝑpoſuiſſet,ei Troginorū Tetrarchiā(quę Gallogræciæ pars eſt:Nā Gallogræciā in tres partes diuiſā fuiſſe,& ſingulas partes in quaternas Tetrarchias,Strabo li.xii.ſcribit)eripuit:eāq; affeclæ ſuo Pergameno,neſcio cui,dedit.Eidē Armeniā detraxit.Eidē ſemel iterūq; grādē pecuniā imperauit,quā vt ſolueret Deiotarꝰ auctionari coactꝰ eſt.Quū Cęſar poſt bellū Alexandrinū cōtra Pharnacē Mithrydatis filiū duceret exercitū,a Deiotaro magnificētiſſimo hoſpitio acceptꝰ,copiiſq; adiutus eſt.Pharnace deuicto Deiotarus ad Cęſarē Legatos Romā miſit.Caſtor Deiotari ex filia nepos: qui tū Romæ erat,Phidippū(quē ſeruū ſuū medicū Deiotarus cū Legatis miſerat)promiſſis pręmiis corrupit impulitq;,vt Deiotarū dominum accuſaret,quem Cicero hac ratione defendit.Cuius

¶Argumentum eſt,

QVum Cæſar,vt Phidippus accuſator dixit,in caſtellū Luceiū veniſſet,atq; Deiotari hoſpitis domū diuertiſſet,eū Deiotarus interficere conatus eſt.Ibi em̄ quidā locus erat,vbi cōpoſita erāt munera,quæ hoſpiti Cęſari Deiotarus dare cōſtituerat.Eo Cęſarē priuſq̃ accūberet,ducere volebat.Ibi em̄ collocati erant hoīes armati,qui Cæſarē interficerēt.Sua vero fortuna,vt alias ſemper,Cæſar ſeruatus eſt.Negauit em̄ ſe velle inſpicere:In poſterū diem diſtulit Deiotarus,vt eodē in caſtello cogitata perficeret.Tū autē,quū poſt cœnā vomere ſe velle Cęſar dixiſſet,tū in balneū,vbi collocatę erāt inſidiæ,cœperūt ducere.Sua eadē fortuna ſeruatꝰ Cæſar in cubiculū ſe ire malle dixit. Horū omniū ſe fuiſſe cōſciū Phidippus,ſuoſq; fratres in vincula cōiectos,propterea ꝙ cōſcii eſſent,dixit.Hoc crimen huius cauſę propriū eſt.Id aūt quo magis credibile Phidippus faciat,Deiotari animū a Cęſare alienū fuiſſe oſtēdere cōtēdit,ꝙ cōtra Cæſarē exercitū parauerit,ꝙ Cæſarē ad Pharnacis bellū ꝑficiſcētem equitatu optimo nō adiuuerit,ex quo equitatu quidā ſeruus eſſe iudicatus ſit.ꝙ ad Cęliū milites cōtra Cęſarē mittere voluerit, eoſq; in carcerē cōiecerit,q̄ parere noluiſſent,ꝙ tēpore belli Africani(quod cū Pompeii reliquis & Iuba Cæſar gerebat) Niceā Ephe-

ſumq; nūcios miſerit,qui rumores Africanos exciperēt,& celeriter
ad ſe referrent.Itaq; quum ei nūciatū eſſet Cn.Domitiū naufragio
periſſe,& Cæſarem in caſtello quodā obſideri,hac lætitia elatus vi
no ſe obruerit,& in cōuiuio nudus ſaltauerit.Qꝫ ad eū Bleſamius,q
Romę erat,ſcripſerit Cæſarē Tyrānū inuidioſe Romę exiſtimari,
animos omniū vehementer offenſos:ꝙ ſtatua Cęſari inter Regum
ſtatuas poſita eſſet,nec Cæſari ſolere plaudi.¶In huius cauſę defen
ſione Cicero principio ſe dicit perturbari:primū, ꝙ inauditum ſit
Regem capitis cauſam dicere:deinde,ꝙ Regem,qui de populo Ro.
meritus optime ſit,contra crimē atrociſſimum defendat,deinde ꝙ
accuſatorū alter crudelis,alter indignꝰ ſit.Caſtorē eñ & Phidippū
accuſatores dicit,tum ꝙ Cęſar in cauſa propria iudex ſit.Poſtremo
ꝙ in domo Cæſaris nō in foro dicat.Accuſatores ea ſpe ad accuſan
dū veniſſe dicit:ꝙ ſcirent Cæſarē Deiotaro iratum,quia Pompeiū
ſecutus eū ſibi in amicitia prętuliſſet,ꝙ ſcirēt Cęſarē in cauſa pro-
pria iudicē eſſe,ita animū eius ſibi facile cōciliari poſſe.Vt iracūdię
ſuſpicionē Cæſar deponat,Cicero deprecatur,oſtēditq; eū nō debe
re iraſci Deiotaro,quia ſecutus Pōpeiū ſit.Nā Cæſar dixerat,ſe da
turū veniam Deiotaro,ſi auxilia Pōpeio,vel ſi etiā filiū miſiſſet,ipſe
autē ætatis excuſatione vſus,non veniſſet.Deiotarū itidem Cæſar
quū duceret contra Pharnacē exercitū,& hoſpitā agnouit,& Regē
reliquit.Qꝫ Pōpeiū ſecutus ſit,eū cōmuni errore lapſum eſſe Cicero
dicit.Senatus enim cōſentiētis authoritate arma ſumpta eſſe audi
uerat,varii rumores etiā falſi ad eū afferebātur,ſibi tamē quieſcēdū
eſſe arbitrabatur.A Cn.Pompeio ad eum Legati literęq; venerunt.
Ad Pompeiū igitur venit,vel rogatus vt amicus,vel accerſitus vt
ſocius,vel euocatus vt qui Senatui parere didiciſſet. Poſtremo ve-
nit vt ad fugientē,non vt ad inſequentem,ad periculi nō ad victo
riæ ſocietatē.Pharſalico prælio facto domū ſe contulit Deiotarus.
Cn.Domitii(quē in Aſia Legatū Cęſar reliquerat)exercitū ſuis te
ctis copiiſq; ſuſtentauit.Imperatā pecuniā ſoluit.Credendū nō eſſe
Deiotarū vitæ Cæſaris inſidiatū dicit,niſi Cæſar credat eū eſſe fu
rioſiſſimū,qui ſit prudētiſſimus.Ideoq; oſtēdit Cicero credibilia nō
eſſe q̄ de inſidiis in caſtello Luceio factis Phidippꝰ dixit.Negat De
iotarū vnq̄ habuiſſe milites,niſi ad tuendū fines ſuos,& vt Impe-
ratores po.Ro.adiuuaret.Oſtendit falſum quod accuſator dixit dę

equitatu nõ optimo,quo Cæſar adiutus ſit,deque literis Bleſamii. Oſtendit non eſſe veriſimile,quod de militibus ad Cælium miſſis, quodq; de Deiotari ebrietate & ſaltatione obiectũ eſt. Intẽdit Caſtori cõtumeliam,q́ ipſe inimiciore animo,q̃ Deiotarus in caſtris Pompeii contra Cæſarem fuerit:q́ impie atq; ingrate auum,a quo pater eius illuſtratus ſit,per corruptũ ſeruũ accuſet. Poſtq̃ viſus eſt ſibi Cicero omnia ab aduerſariis dicta refutaſſe,ideoq; vt iracũdiã Cæſar deponeret perſuaſiſſe,oſtendit(quo facilius Deiotaro Cęſar reconcilietur)non eſſe metuẽdum Cæſari vt ſibi Deiotarus iraſcatur,propterea q́ ab eo multatus ſit,eũq; laudat & ab animi magnitudine,& a gratitudine,vt quod amiſerit,oblitus ſit: q̃d ſibi relictũ ſit meminerit. Erectiore animo factũ eſſe Deiotarũ dicit literis a Cæſare ad ſe miſſis,quib⁹ eũ bene ſperare,& bono eſſe aĩo iubebat. De cauſa Deiotari Cicero laborat,partim quia hoſpes, familiaris, neceſſarius eius eſt:pręcipue autem,quia ſi damnaretur Deiotarus, multi quib⁹ Cęſar ignouit,ſolliciti eſſent metuẽtes ne accuſarẽtur. Cõmouet Cæſaris miſericordiã in duos Deiotaros patrem & filiũ. Hanc cauſam tam bonam eſſe dicit,vt Legati Deiotari patris ſua corpora Cæſari tradant,vt Hieras(qui ex Legatis eſt)omnem cauſam ſuſcipiat,ſeq; criminibus illis reum pro Rege ſupponat. Oratio iudicialis eſt. Status cauſæ coniecturalis.

Quid hac oratione cõſecutus Cicero ſit,nec vnq̃ Deiotarũ Cęſari fuiſſe recõciliatũ,ex ſecũda Ciceron's Philippica poſſis cognoſcere. Negat enim Cicero cuiq̃ Cæſarem q̃ Deiotaro fuiſſe inimiciorẽ,a quo viuo nec pręſens nec abſens Deiotarus quicq̃ ęqui boniue vnq̃ impetrauit,cui abſenti Cicero ſemper adfuit,nihil tamẽ vnq̃ ęquũ ſibi videri Cęſar dixit,quod pro illo Cicero poſtularet. Is ſimul atq; Cęſaris interitũ audiuit,ſuas ſuo Marte res recuperauit. Ea fortaſſe cauſa eſt,cur Cicero lib. Epiſt. familiarium. ix. ad Dolabellam ſcribat, Hanc Deiotari cauſam tenuem ac inopem eſſe,nec ſcriptione magnopere dignam,q́ ſcilicet Cicero non obtinuerit. *(Deiotarus an Cęſari reconciliatus.)* *(Cæſaris in Deiotarum animus.)*

Deiotari cauſam a M. Bruto copioſiſſime atq; ornatiſſime fuiſſe defenſam Cicero ſcribit in lib. de Claris Oratorib⁹. Vtrũ fuerit hæc inſidiarũ cauſa,an q́ Põpeiũ ſecutus ſit, quo nomine multatus eſt, ignoro. Sed M. hunc Brutum Cæſari fuiſſe chariſſimum conſtat, quem filium quoq; tum appellauerit,quum ab eo necaretur. *(Deiota. cauſam Brutus defendit.)*

PRO REGE DEIOTARO ORATIO.

CVM in omnibus cauſis grauioribus C. Cæſar initio dicendi commoueri ſoleam vehemẽtius,quam videtur vel vſus , vel ætas mea poſtulare: tum in hac cauſa ita me multa perturbant: vt quantum mea fides ſtudii mihi afferat ad ſalutem Regis Deiotari defendendam , tantum facultatis timor detrahat.Primum dico pro capite fortuniſq; Regis.Quod ipſum & ſi non iniquum eſt,in tuo dũtaxat periculo,tamen eſt ita inuſitatum , Regem capitis reum eſſe , vt ante hoc tempus non ſit auditum:deinde eum Regem , quem ornare antea cuncto cum Senatu ſolebamus,pro perpetuis eius in noſtram Rempublicam meritis , nunc contra atrociſſimum crimen cogor defendere.Accedit vt accuſatorum alterius crudelitate,alterius indignitate perturber. Crudelis Caſtor , ne dicam ſceleratum & impium , qui nepos auum in diſcrimen capitis adduxerit, adoleſcẽtiæq; ſuæ terrorem intulerit ei,cuius ſenectutem tueri & tegere debebat, commendationemq; ineuntis ætatis ab impietate & ſcelere duxerit,aui ſeruum corruptum præmiis ad accuſandum dominum impulerit,a Legatorum pedibus abduxerit . Fugitiui autem dominum accuſantis,& dominum abſentem , & dominum amiciſſimum noſtræ Reip . cum os videbam , cum verba audiebam,non tam afflictam regiam conditionẽ dolebam,q̃ de fortunis communibus extimeſcebam.

QVum in omnibus cauſis grauioribus) Natura ſibi timorem quendam pudoremque attributum Cicero ſcribit in Oratione pro Sex. Roſcio. Qui in Oratione pro A. Cluentio, Semper, inquit, magno cum metu incipio dicere: quotieſcunque dico, toties mihi videor in iudicium venire, nõ ingenij ſolum, ſed etiã virtutis atq; officij: ne aut id profiteri videar quod non poſſum implere, quod eſt, impudentiæ: aut id nõ efficere quod poſſim, quod eſt aut perfidiæ aut negligentiæ. Vſus) id eſt conſuetudo, & exercitatio. Qui enim ſæpius dicunt, ij minus perturbari debẽt. *Ciceronis metus in principio.*

Aetas mea) id eſt ſenectus. Nam minor ſenum verecundia eſt, ideo dicendo minus timent. Quantum ſtudij) id eſt animi & voluntatis. Mea fides, quam clienti patronus præſtare debet integram. Tantum facultatis timor detrahat. Metus animum perturbat) Animi autem perturbatio tantum de dicendi facultate detrahit, vt Theophraſtus omnium ætatis ſuæ philoſophorum doctiſſimus verba pauca ad populum Athenienſium facturus, deturbatus verecundia obticuerit. Idem Demoſtheni ad Regem Philippum verba facienti eueniſſe A. Gellius ſcribit. Pro capite) id eſt, pro ſalute & incolumitate, ſcilicet ne damnatus regno reliquiſque bonis externis eijciatur. *Metus orationis.*

Quod ipſum) De capite fortuniſque Deiotarum vocari in iudicium. Cuncto cum Senatu) Deiotarum populo Romano amiciſſimum atque fideliſſimum Senatus quantum vllum Regem alium ornauit, eique Armeniam dedit, vt ait Cicero in Philippica ſecunda, & in libro de Diuinatione ſecundo. Perpetuis meritis) id eſt continuis beneficijs. Nam a pueritia amicitiam cum Populo Romano coluit. Is autem amplius ſexagenarius fuit, quum in bello ciuili Cn. Pompeium ſecutus eſt. M. enim Craſſus paulo ante bellum ciuile apud Parthos cæſus eſt: Craſſo autem in Parthicam expeditionem proficiſcente Deiotarus extrema ſenectute confectus erat, vt ait Plutarchus in vita Craſſi. Contra atrociſſimum crimen) q; Cæſaris vitæ inſidiatus ſit. Ne dicam ſceleratum &c) De hoc dicendi genere apud Vallam eſt libro tertio. Adoleſcentiæ terrorem ideo appellat, q; adoleſcentes Romæ magnam ſibi cõmendationem vitæ parabant ex accuſatione clari alicuius viri, vt eſt in libro de Officijs ſecundo. Fugitiui) Alterius accuſatoris indignitatem oſtendit. Et dominum) Hæc repetitio accuſationis indignitatem amplificat. Quod de fortunis) Illud Ciceroni familiare eſt, vt cauſarum quas agit futurum iudicium ad Rempublicã pertinere oſtendat: ſi hoc vel illo modo iudicetur, illud damni vel emolumenti eueniat ciuitati. *Deiotari ætas.*

Nam cum more maiorum de ſeruo in dominum, ne tormẽtis quidem quæri liceat (in qua quæſtione dolor veram vocem elicere poſſit, etiã ab inuito) exortus eſt ſeruus, qui quem in eculeo appellare non poſſet, eum accuſet ſolutus. Perturbat me C. Cæſar etiam illud interdum: quod tamen cum te penitus recognoui, timere deſino. re enim iniquum eſt, ſed tua ſapientia fit æquiſſimum. nam dicere apud eum

de facinore,cõtra cuius vitam conſilium facinoris iniſſe ar guare,✠ ſi per teipſum conſideres,graue eſt.nemo enim fere eſt,qui ſui periculi iudex, non ſibi ſe æquiorem q̃ reo præ beat.ſed tua Cęſar præſtans ſingularisque natura hunc mi hi metũ minuit:non enim tam timeo quid tu de Rege De iotaro, q̃ intelligo quid de te cæteros velis iudicare. Mo ueor etiam loci ipſius inſolentia,ꝙ tantam cauſam, quanta nulla vnquam in diſceptatione verſata eſt,dico intra dome ſticos parietes,dico extra conuentum,& eam frequentiam, in qua oratorum ſtudia niti ſolẽt:in oculis tuis, in tuo ore, vultuq; acquieſco:te vnum intueor, ad te vnum omnis mea ſpectat oratio: quæ mihi ad ſpem obtinendę veritatis gra uiſſima ſunt, ad motum animi & ad omnem impetum di cendi contentionemque leuiora.Hanc enim C.Cæſar cau ſam ſi in foro dicerem eodem audiente, & diſceptante te, quantam mihi alacritatem populi Romani concurſus af ferret? quis enim ciuis ei Regi non faueret, cuius omnem ætatem in populi Romani bellis conſumptam eſſe memi niſſet?ſpectarem curiam,intuerer forum, cælum deniq; te ſtarer ipſum.

✠per ſe ipſum.

More maiorum)Idem pro Milone,Maiores noſtri in dominũ de ſeruo quæri no luerunt,non quia non poſſet verum inueniri,ſed quia videbatur indignũ eſſe, & do mini morte ipſa triſtius. Equuleus dicitur machina ea qua torquebãtur iſ de quibus quæſtio habetur.Et etiam pro Milone,Facti enim in equuleo quæſtio eſt,iuris in iu dicio. Quem in equuleo appellare non poſſet)Indignitatem accuſationis probat ar gumento a minore ad maius.Si non licet de ſeruo quæri in dominũ, multo minus licet a ſeruo dominum accuſari.Si haberetur quæſtio,extorqueretur in dominũ con feſſio,in accuſatione affertur lædendi voluntas. Indignior igitur eſt qui dominũ vo lens,q̃ qui inuitus lædit.Sed ne inuito quidem lædere licet. Quum te penitus reco gnoui)i.quũ animi tui lenitatem manſuetudinẽ atq; clementiã valde cognoui. Re miquum eſt)vt apud te defendã eum qui vitæ tuæ inſidiatus accuſetur. Quid de te cæteros velis iudicare)Nã de ſua clemẽtia cæteros vult iudicarę. Cui nullus tũ locus eſſet,ſi a Deiotaro alienũ animũ haberet,eũq; dãnaret,cuius in cauſa eſt pars aduerſa & iudex.Moueor etiam loci ipſius inſolentia)Quintil.in lib.iiij.pręcipiẽs auditorum

Queri non licet de ſer uis in dñm.

Equuleus.

beneuolentiam captari aliquando ab adiunctis cauſæ, vt a loco, hunc Ciceronis locũ citat. Loci inſolentia quantam vim perturbandi habeat, Porcius Latro, qui primus clari nominis profeſſor fuit, declarauit: ei enim ſummam in ſcholis opinionem obtinenti, quum cauſa in foro eſſet oranda, impenſe petiuit, vti ſubſellia in baſilicam transferrentur, vt ſcribit Quintilianus libro .x. Extra conuētum) In cauſis publicis quæ in foro agantur, conuenire ſolent, primum multi iudices, deinde magna populi multitudo. Multos autem q̃ vnũ moueri facilius eſt, quod alius alio afficiatur. Affecti autem iudices multitudinis quoq; animos in ferendis ſententijs ſpectare ſolent, in hac igitur iudicum & multitudinis frequētia oratorum ſtudia niti ſolent. Eorum enim ſtudium præcipuum eſt, vt auditores afficiant. Acquieſco) id eſt valde quieſco, oblector, &, vt vulgo loquũtur, fruitionē capio, in qua re non ſemel a Cicerone dicitur. In libro de Finibus bonorum & malorum tertio, Facillime in nomine tuo acquieſco. Libro Epiſtolarum ad Atticum nono, Quum me ægritudo non ſolum ſopno priuaret, verum ne vigilare quidem ſine ſummo dolore pateretur, tecum vt quaſi loquerer, in quo vno acquieſco, hoc neſcio quid nullo argumēto propoſito ſcribere inſtitui. Non diſſimile illud eſt in oratione pro Milone, Qui maxime P. Clodij morte acquierunt. Grauiſſima ſunt) Iudicibus quum mouentur affectus, tum eorũ animi vel ira vel miſericordia perturbantur. Hac autem ratione a veritate depelluntur, vt eſt apud Quintilianum in procemio libri quinti. Ideoq; Athenis affectus moueri non licebat, vt in Rhetoricis ſcribit Ariſtoteles. Cæſari ſoli moueri affectus difficillimum eſt, ideo facile obtinebitur veritas oratione ea quæ ad Cæſarem ſolum pertinet. Alacritatem) id eſt viuendi ſpem & ingenij vigorem. Spectarem curiã) quæ foro proxima eſt. Intuerer forum) in quo hæc cauſa ageretur. Cælum denique teſtarer) Forum iudiciale ſub dio fuiſſe, aut certe ex eo cælum facile perſpici poſſe ſignificat, vt pro M. Cælio, Alia fori vis eſt, alia triclinij, alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum non idem iudicum comeſatorumque conſpectus. Lux denique longe alia eſt ſolis & lychnorum.

Ac q̃ſcere. Forum iudiciale.

Sic cum & deorum immortalium & populi Ro. & Senatus beneficia in Regem Deiotarũ recordarer, nullo modo mihi deeſſe poſſet oratio, quæ quoniam anguſtiora parietes faciunt, actioq; cauſę maxime debilitatur loco, tuum eſt Cæſar, qui pro multis ſæpe dixiſti, quid nunc mihi animi ſit, ad teipſum referre, quo facilius tum æquitas tua, tũ audiendi diligentia minuat hanc perturbationē meã. Sed antequam de accuſatione ipſa dico, de accuſatorum ſpe pauca dicam, qui cũ videantur neq; ingenio, neq; vſu atq; exer

citatione rerum valere, tamen ad hanc cauſam non ſine aliqua ſpe & cogitatione venerunt. Iratum te Regi Deiotaro fuiſſe non erant neſcii, affectum illum quibuſdam incommodis & detrimentis propter offenſionem animi tui meminerant, teq́ tum huic iratum, tum ſibi amicum cognouerãt, cũq́ apud ipſum te, de tuo periculo dicerent, fore putabãt, vt in exulcerato animo facile fictum crimen inſideret. Quamobrem hoc nos primum metu Cæſar per fidem, & conſtantiam & clementiam tuam libera, ne reſidere in te vllam partem iracundię ſuſpicemur, per dexteram te iſtam oro, quam Regi Deiotaro hoſpes hoſpiti porrexiſti: iſtam inquam dexteram, non tam in bellis, & in prælijs, q̃ in promiſſis & fide firmiorem: tu illius domus inire, tu vetus hoſpitium renouare voluiſti: te eius dii penates acceperunt, te amicum & placatum Deiotari Regis aræ fociq́ viderunt. Cum facile exorari Cęſar, tum ſemel exorari ſoles. Nemo vnq̃ te placauit inimicus, qui vllas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit, q̃q̃ cui ſunt inauditæ cum Deiotaro querelę tuę?

Deorum immortalium) teſtando cęlum. Po.Ro.) in tuendo forum. Et Senatus) ſpectando curiã. Qui pro multis ſæpe dixiſti) Idem etiã dicit Cicero in oratione pro Q. Ligario. Cauſas, Cæſar, inquit, egi multas, & quidem tecũ, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorũ. Ad te ipſum referre) Ad flectendũ, nobiſq́ conciliãdum iudicis animũ illud valet plurimum, vt animi noſtri affectionem ipſe ſuſcipiat.

Anteq̃ de accuſatione ipſa) Admonendo qua de re dicturus ſit auditorem facit docilem & attentum. Id autem tum faciendum eſt, quum ad aliam rem tranſimus, quam attẽte audiri noſtra intereſt. Neq́ ingenia &c.) Omnẽ quum aliarum rerũ, tum maxime ingenij & eloquentiæ iactationẽ oratori fugiendã eſſe Quintilianus lib. xi. pręcipit. Eam ob cauſam ingenium ſuum & eloquentiam Cicero ſubmittit extenuatq́, aduerſarij autẽ amplificat. Nam quum omnis arrogantia odioſa eſt, tũ illa ingenij atq́ eloquẽtię multo moleſtiſſima eſt, vt ait Cicero in Diuinatione. Hic vero contra Cicero aduerſariorũ eloquẽtiã & exercitationẽ dicendi ingeniũq́ maxime extenuat, vt eorum confidentiã maiorẽ oſtendat, qui ſolo Cæſaris in Deiotarũ odio ſubnixi, Regis ipſius innocentiam in periculum capitis adducere nihil veriti ſunt. Vt pro Sex. Roſcio C. Erutiũ in accuſando Roſcio dicit fuiſſe negligentem, q contra

Iactatio fugienda oratori.

Securitas aduerſarij

Chryſogoni potentiam neminem fore putauerit, qui Roſcium defendere auderet.
Idem in Diuinatione Q. Cæcilium petentem Verris accuſationem ad accuſandum
ineptum eſſe oſtendit, quem conſtitui accuſatorem Verres volebat, vt facilius Q. Hor=
tenſij defendentis ingenio ſuccumberet. Idem pro A. Cluentio Cepaſij C. Fabritium
defendentis actionem facit ridiculam, vt oſtendat malæ cauſę bonum patronum in=
ueniri non potuiſſe. Iratum te Regi) q̧ Pompeium in bello ciuili ſecutus eſſet. Ne=
gat Cicero in ſecunda Philippica Cæſarem cuiquam fuiſſe inimiciorem q̃ Deiota=
ro, cui pecuniam imperarat, Mediæ Tetrarchiam vni ex Gręcis comitibus ſuis collo=
carat, Armeniam a Senatu datam abſtulerat. Ideo affectum illum quibuſdam incom
modis dicit. Propter offenſionem animi ſui) id eſt propter iram, quæ a Stoicis defi=
nitur apud Ciceronem libro Tuſculanarum Quæſtionum quarto, vt ſit libido puni=
endi eius, qui videatur læſiſſe iniuria. Exulcerato) id eſt ira graui percito. Inſide= In ſidere.
ret) id eſt infixum eſſet & inhæreret. Vt pro Milone, Si tibi ita penitus inſediſſet iſta
ſuſpicio, nullo vt euelli modo poſſet. Ne reſidere in te vllam partem) Illud ex arte
eſt, vt ſi quam opinionem cõtra nos Iudex domo attulerit, vel aduerſarij noſtri actio=
ne perſuaſus conceperit, vt eam tollamus. Porrexiſti) quum poſt bellum Alexan=
drinum ad bellum Ponticum proficiſcebare. Firmiorem) id eſt multum firmam.
Vel vt ait Priſcianus libro tertio, firmiorem bis intelligitur. Tam, inquit, & quam ad=
uerbia tum comparatiuo vel ſuperlatiuo adijciuntur, quum duo vel plures compa=
ratiui vel ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis poſiti inter ſe ſequantur, vel ijdem gemi
nantur, vt tam iuſtior q̃ felicior Aeneas Hectore. Cicero pro Deiotaro, Iſtam inquam
dexteram non tam in bellis & in prælijs q̃ in promiſſis & fide firmiorem. bis enim
firmiorem intelligendum eſt. Renouare) Poſt Pompeium victum, quem ſecutus
Deiotarus hoſpitium vetus violare viſus eſt. Semel exorari ſoles) id eſt quum ſemel
placatus es, nihil ſimultatis in te reſidet. Semel) id eſt ſolide, integre. Inauditæ) id
eſt non auditæ. Querelæ tuæ) id eſt tuæ expoſtulationes.

Nunquam tu illum accuſauiſti vt hoſtem, ſed vt amicũ,
officio parum functum, q̧ propenſior in Cn. Pompeii ami=
citiam fuiſſet, q̃ in tuam: cui tamen ipſi regi veniam te da=
turum fuiſſe dicebas, ſi tum auxilia Pompeio, vel ſi etiam fi
lium miſiſſet, ipſe tamen excuſatione ætatis vſus eſſet. Ita=
que cum maximis eum rebus liberares: perparuam amici=
tiæ culpam relinquebas. Itaq; non ſolum in eum non anim=
aduertiſti, ſed omni metu liberauiſti: hoſpitem agnouiſti, re
gem reliquiſti: neq; enim ille odio tui progreſſus, ſed erro=
re cõmuni lapſus eſt. Is rex, quem Senatus hoc nomine ſæ=
pe honorificentiſſimis decretis appellauiſſet, quique eum

illum ordinem ab adoleſcentia grauiſſimum ſanctiſſimumque duxiſſet, iiſdem rebus eſt perturbatus, homo longinquus & alienigena, quibus nos in media Repub. nati, ſemperque verſati. Cum audiſſet Senatus conſentientis authoritate arma ſumpta Conſulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, nouis Imperatoribus Rempublicam deferendam datam, mouebatur animo: & vir huic imperio amiciſſimus de ſalute populi Romani extimeſcebat, in qua etiam ſuam incluſam eſſe videbat: in ſummo tamen timore quieſcẽdum ſibi eſſe arbitrabatur: maxime vero perturbatus eſt, vt audiuit Conſules ex Italia profugiſſe, omneſque Conſulares (ſic enim nunciabatur) cunctum Senatum, totam Italiam eſſe effuſam, talibus enim nunciis & rumoribus patebat ad orientem via, nec vlli veri ſubſequebãtur. nihil ille de conditionibus tuis, nihil de ſtudio concordiæ & pacis, nihil de conſpiratione audiebat certorũ hominum contra dignitatem tuam: quę cum ita eſſent, tamen vſq; eo ſe tenuit, quoad ab Cn. Pompeio ad eum Legati literæq; venerunt.

Etiam filiũ miſiſſet) Deiotaro filius fuit in quo ſumma ſpes, ſumma indoles, ſumma virtus fuit, vt ait Cicero in Philippica vndecima. Excuſatione ætatis) quod ſexagenarius eſſet. Sexagenarios autem leges ocio reddunt, vt amplius ſcribimus in Commentarijs in Ciceronem de Senectute. Maior Deiotari in Cæſarem odij ſignificatio fuit, ꝗ ætatis excuſatione vti noluerit. Regem reliquiſti) Regnum enim auitum ei Cęſar reliquit. Progreſſus) Ad bellum ſecutus Pompeium. Errore communi lapſus eſt) Venia dignum oſtendit Deiotarum, aut certe eius culpam habẽdam leuiorem, ꝗ cum multis errauerit. Hanc autem culpam alij errorem vocãt, alij timorem, alij ſpem, cupiditatem, odiũ, pertinaciam, alij temeritatem, vt ait Cicero pro Q. Ligario. Eum illum ordinem) Senatorium. Homo longinquus) Argumentum a facilliori. Si his rebus perturbati ſunt, qui in media Repub. nati ſunt, in eaq; verſati, facilius multo perturbari potuit alienigena & longinquus. Nati ſunt) refertur ad id. alienigena. Verſati) ad id. longinquus. Hic autem longinquus dicitur is qui longinqua regione habitat, ſiue inde oriundus ſit, ſiue aliunde. Vt pro Milone contra dixit propinquos qui prope habitãt, ꝗuis ſæpius propinquos dicat cõſanguineos. Hęc, inquit, iam tolerabilia videãtur, & ſi æqualiter in Remp. in priuatos, in longinquos, in

propinquos,in alienos, in ſuos irruebat. Inde loginquitas pro locorum diſtantia. Idem in oratione pro lege Manilia,Noſter autem exercitus & ſi vrbem ex Tigranis regno ceperat,& prælijs vſus erat ſecundis,tamen nimia longinquitate locorum ac deſiderio ſuorum commouebatur.Idem longinquitatem dicit pro diuturnitate in libro Tuſculanarum quæſtionum tertio, Eſt, inquit, tarda illa quidem medicina, ſed tamen magna,quam affert lonquinquitas & dies.Et Ser. Sulpitius in epiſtola ad Ciceronem,Nullus dolor eſt,quem non longinquitas temporis minuat atq; molliat. Senatus conſentientis)Deiotari leuior culpa eſt,ꝗ cõſenſu cũcti Senatus arma ſumpta ſint contra Cæſarem. Hic autem Cicero non dicit contra Cæſarem ſumpta arma,ne eius rei aſperitate animum Cæſaris commoueret,quem placare ſtudet.Oratoris eſt enim non ſolm uquæ cauſæ proſint dicere,ſed etiam quæ obſint tacere. Nouis Imperatoribus)Maxime autem Pompeio,cui Arimino a Cæſare occupato in Senatu Cato cenſuit mandandum,vt videret ne quid Reſpub.detrimenti caperet,vt in vita Catonis Plutarchus ſcribit,niſi nouos Imperatores intelligi mauis eos qui imperium antea nunq̄ geſſerunt. Quieſcendum)ab armis. Ad orientem)id eſt ad Aſiam vbi Deiotari regnum erat. Nec vlli veri)rumores ſcilicet. De conditionibus tuis)M.Cælius ad Ciceronem libro Epiſtolarum familiarium Ciceronis,viij. de Cæſaris conditione oblata Pompeio,Cn. inquit, Pompeius conſtituit non pati C. Cæſarem Cõſulem aliter fieri, niſi exercitum & prouincias tradiderit:Cæſari autem perſuaſum eſt,ſe ſaluum eſſe non poſſe,ſi ab exercitu receſſerit.Fert illam tamen conditionem,vt ambo exercitus tradant.Quantum ſtudioſus pacis fuerit Cæſar, Cicero dicit pro Marcello.Id ſi nouiſſet Deiotarus,Cæſarem offendiſſet grauius,ꝗ Pompeium ſecutus ſit. Conſpirationem hic in malam rem dicit. Certorum hominum) Marcellum & Lentulum ſignificare videtur,qui Cæſaris dignitati aduerſati ſunt maxime.

Cæſaris & Põpeij cauſa belli ciuilis.

Cõſpiratio.

Ignoſce,ignoſce Cæſar,ſi eius viri authoritati Rex Deiotarus ceſſit,quem nos omnes ſecuti ſumus:in quem, cum dii atq; homines omnia ornamenta congeſſiſſent,tum tu ipſe plurima,& maxima. Neq; enim ſi tuæ res geſtæ cæterorum laudibus obſcuritatem attulerunt,idcirco Cn.Pompeii memoriam amiſimus.Quantũ nomẽ eius fuerit,quãtę opes,quanta in omni genere bellorũ gloria,quãti honores populi Ro.quanti Senatus,quanti tui,quis ignorat? tanto ille ſuperiores vicerat gloria,quanto tu omnibus præſtitiſti.Itaq; Cn.Põpeii bella,victorias,triumphos,Conſulatus admirantes numerabamus : tuos enumerare non poſſu-

mus. Ad eum igitur rex Deiotarus venit hoc miſero fataliq́ꝫ bello, quem ante iuſtis hoſtilibuſque bellis adiuuerat: quo cum erat non hoſpitio ſolum, verum etiam familiaritate coniunctus, & venit, vel rogatus, vt amicus: vel accerſitus, vt ſocius: vel euocatus, vt is qui Senatui parere didiciſſet. Poſtremo venit vt ad fugientem, non vt ad inſequẽtem: id eſt ad periculi, non ad victoriæ ſocietatem. Itaque Pharſalico prælio facto, a Pompeio diſceſſit: ſpem infinitam perſequi noluit, vel officio, ſi quid debuerat: vel errori, ſi quid neſcierat, ſatis factum eſſe duxit: domum ſe contulit, teque Alexandrinum bellum gerentem, vtilitatibus tuis paruit. Ille exercitum Cn. Domitii ampliſſimi viri, ſuis tectis & copiis ſuſtentauit: illi Epheſum ad eum, quem tu ex tuis fideliſſimum, & probatiſſimum omnibus delegiſti, pecuniã miſit: ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniã dedit, qua ad bellum vtereris: ille corpus ſuum periculo obiecit, tecumq́ꝫ in acie contra Pharnacem fuit, tuumq́ꝫ hoſtem eſſe duxit ſuum.

Ignoſce) Iracũdiam Cæſaris Deiotari cauſæ maxime aduerſam Cicero exiſtimat, quam ſcit inde natam, ꝙ in bello ciuili in Pompeium quem in Cæſarem Deiotarus propenſior fuerit. Poſtq̃ purgauit aut certe excuſauit Deiotarum Cicero, orat Cæſarem, vt Deiotaro ignoſcat, ne illa iracundia eius animo reſideat, oſtenditq́ꝫ in authoritate Pompeij aliquam dignitatis ſpeciem non contemnendam fuiſſe. Ceſſit authoritati) id eſt locum dedit, id eſt obtemperauit. Quem nos omnes ſecuti ſumus) Errorem Deiotari facit leuiorem, ꝙ Pompeium omnes quoq́ꝫ Senatores ſecuti itidem errauerint. Quantæ opes) i. quanta potentia. In omni genere bellorũ & terreſtrium & maritimorũ. Fatali) Cicero pro Q. Ligario appellat hoc bellũ ciuile fatalem calamitatem, quę improuidas hominũ mentes occupauerit. Iuſtis hoſtilibuſq́ꝫ) Remouet ſuſpitionẽ, ne Deiotari animus a Cæſare in bello ciuili alienatus fuiſſe videatur. Nã ſi ante iniuſtis in bellis & hoſtilibus Pompeium Deiotarus adiuuit, vt in bello Mithridatico, credibile eſt officij cauſa, nõ Cæſaris odio eum in hoc miſero & fatali bello Pompeium adiuuiſſe. Vt ad fugientem) Amore Pompeij, non odio Cæſaris veniſſe probat. Venit enim vt fugientẽ amicũ in periculo adiuuaret. Iam enĩ Põpeius ex Italia fugerat, quum ad eum venit Deiotarus. Inſequẽtem hoſtem) victũ

perſequentem. A Pompeio diſcedit) Deiotarus fugit e prælio cum Pompeio ab eo qꝫ poſtea diſceſſit, vt ait Cicero libro de Diuinatione ſecundo. Infinitam) id eſt incertam. Qui victi fuerunt, inſtaurato prælio victoriam ſperabant: vt Scipio, Cato, alijqꝫ qui poſt pugnam Pharſalicam non quieuerunt. Vtilitatibus tuis paruit) id eſt quod e re tua eſſe videbatur facit. Exercitum Cn. Domitij) Cæſare bellum Alexandrinū in Aegypto gerente, Rex Deiotarus ad Domitium Caluinum, cui Cæſar Aſiam finitimasque prouincias adminiſtrandas tradiderat, venit oratum, ne Armeniam minorem regnum ſuum, neve Cappadociam regnum Ariobarzanis occupari vaſtariqꝫ pateretur a Pharnace. Quo malo niſi liberaretur, imperata ſe facere, pecuniamque promiſſam Cæſari non poſſe perſoluere. Domitius ſibi glorię ducens dignitatem populi Romani defendere, & ſociorum regna recuperare aduerſus Pharnacem in Armeniam agmen ducit, Cui duas legiones Deiotarus adiungit, quas diſciplina atque armatura Romana complureis annos conſtitutas habebat, & equites centum. Ad Nicopolim pugnatum eſt. Domitius multis ex ſuis amicis, & magna parte militum Deiotari interfecta, reliquias diſſipati exercitus collegit, itineribusqꝫ tutis per Cappadociam in Aſiam ſe recepit. Author eſt A. Hircius in libro de bello Alexandrino. Cn. Domitius Caluinus.

Et copijs) id eſt diuitijs, vel duabus legionibus & centum equitibus. Auctionibus factus) Auctionatus Deiotarus Cæſari ad bellum Africanum pecuniam ſubminiſtrauit, vt infra ait Cicero. Eſt autem ab augendo auctio publica rei venditio, quæ addicitur ei, qui poſtremus augeat precium. Inde auctionari verbum factum eſt. Deiotarus igitur bonorum ſuorum auctionem fecit, vt pecuniam conficeret, quam Cæſari ſubminiſtraret. In acie contra Pharnacem fuit. De bello Cæſaris cum Pharnace, A. Hircius is qui adiecit libros ad Cæſaris commentarios, de ciuili bello ſcripſit fuſius. Cæſari cōtra Pharnacem proficiſcenti Deiotarus tradidit vnam legionem & electum quem habebat equitatum.

Quæ quidem a te in eam partem accepta ſunt Cæſar, vt eum ampliſſimo Regis honore & nomine affeceris. Is igitur non modo a te periculo liberatus, ſed etiam honore ampliſſimo ornatus, arguitur domi te ſuæ interficere voluiſſe: quod tu niſi eum furioſiſſimum iudicas, ſuſpicari profecto non potes: vt enim omittam, cuius tanti ſceleris fuerit in conſpectu deorum penatium necare hoſpitem: cuius tantæ importunitatis, omnium gentium, atque omnis memoriæ clariſſimum lumen extinguere: cuius tantæ ferocitatis, victorem orbis terrarum non extimeſcere: cuius tam inhumani & ingrati animi, a quo Rex appellatus eſſet, in eum

Tyrannum inueniri, vt hæc omittam, cuius tanti furoris fuit, omnes reges, quorum multi erant finitimi, omnes liberos populos, omnes ſocios, omnes prouincias, omnia denique omnium arma contra ſe vnum excitare, quonam ille modo cum regno, cum domo, cum coniuge, cum * chariſſimo filio diſtractus eſſet, tanto ſcelere non modo perfecto, ſed etiam cogitato? At credo hæc homo inconſultus & temerarius non videbat. Quis conſideratior illo? quis rectior? quis prudentior? q̄q̄ hoc loco Deiotarum non tam ingenio & prudétia, q̄ fide & religione vitæ defendendum puto. Nota tibi eſt hominis probitas C. Cæſar, noti mores, nota conſtantia. Cui porro, qui modo po. Ro. nomen audiuit, Deiotari integritas, grauitas, virtus, fides non ſit audita? Quod igitur facinus, nec in hominem imprudentem cadere poſſet, propter metum præſentis exitii: nec in facinoroſum, niſi eſſet idem amentiſſimus: id vos & a viro optimo, & ab homine minime ſtulto, cogitatum eſſe confingitis. At q̄ non modo non credibiliter, ſed ne ſuſpitioſe quidem. Cum, inquit, in caſtellum Luceium veniſſes, & domum regis hoſpitis tui diuertiſſes, locus erat quidam, in quo erant ea compoſita, quibus te rex munerare conſtituerat. huc te e balneo prius q̄ accumberes, ducere volebat. ibi enim erant armati qui te interficerent, in eo ipſo loco collocati. En crimen, en cauſa, cur regē fugitiuus, dominum ſeruus accuſet.

*chariſſimo

Ampliſſimo Regis honore) Quum Cæſar aduerſum Pharnacem proficiſceretur, tum Deiotarus depoſitis regijs inſignibus non ſolum priuato veſtitu, ſed etiam reorum habitu ad eum ſupplex venit oratum, vt ſibi ignoſceret, ꝙ Pompeium ſecutus eſſet. Cæſar commemoratis in eum a ſe beneficijs ignoſcere ſeſe reſpōdit propter vetus hoſpitium, & amicitiam, & dignitatem, & ætatem eius, eorumque preces qui multi Deiotari hoſpites & amici concurriſſent ad deprecandum. Eique regium veſtitum reſtituit. Author eſt A. Hircius. Quod igitur reſtituit, dare viſus eſt, niſi Arme

Deiotarus ad Cæſarē.

niæ regnum a Cæſare Conſule decreto Senatus datum intelligi poſſit. Nam Deiotaro ſupplici commemorauit Cæſar plurima beneficia, quæ ei Conſul decretis publicis tribuiſſet. Inter hæc autem id conijcere licet. Honore ampliſſimo ornatus arguitur. Argumentum a repugnantibus eſt. Nam ſi honore ampliſſimo a te ornatus eſt, non conſequitur, vt te domi ſuæ interficere voluerit. Importunitatis) id eſt improbitatis. Clariſſimum lumen) C. Cæſarem. Cuius tanti furoris) Oſtendit Deiotarum fuiſſe furioſiſſimum, ſi Cæſarem interficere domi ſuæ voluiſſet. Cum clariſſimo filio) chariſſimo non clariſſimo legendum putem. Diſtractus eſſet) a Regibus, a liberis populis, a ſocijs &c. At credo) Obiectio eſt, quam aduerſarius poſſit facere. Quod igitur facinus) A repugnantibus argumentum eſt. Repugnat enim virum optimum & minime facere ſtultum id facere voluiſſe, quod improbus & prouidens homo minime auderet. Quum, inquit, in caſtellum Luceium) Hęc ſunt verba accuſatoris, quæ Cicero repetit, vt ea refutet. Munerare) id eſt donare, vel tanquam hoſpitem, vel tanquam imperatorem. Solebant enim populi Romani Imperatores a ſocijs vel Regibus vel populis liberis. quum per eorum regionem iter facerent, aliquo munere ornari. vt eorum cum po. Ro. amicitia ſignificaretur. Munerare actiuum & munerari deponens in eadem re dicimus. Cicero libro Epiſtolarũ ad Atticum ſexto. Alexion me opipare muneratus eſt. Huc te e balneo priuſquam accumberes) Mos erat veterum vt priuſquam pranderent vel cœnarent, ſe aqua frigida aut calida lauarẽt. En crimen illud ex arte eſt, vt id oſtẽdamus, quod in cauſa pręcipuũ ſit, de quo ſit iudicandũ. Qua ratione magis dilucida fit oratio, & iudices fiunt attentiores, vt planius cognoſcant id de quo pronunciaturi ſunt. Cur) id eſt propter quæ, vt exponit Priſcianus libro decimoſeptimo, vt ſit aduerbium pro nomine, quale illud eſt, Genus vnde latinum. Regem fugitiuus, dominum ſeruus) Hanc Deiotari accuſationem ab indignitate accuſatoris oſtendit contemnendã eſſe.

Munerare & mũerari

Ego me hercle Cæſar initio, cum eſt ad me iſta cauſa delata, Phidippum medicum, ſeruum regiũ, qui cum Legatis miſſus eſſet, ab ipſo adoleſcẽte exiſtimaui eſſe corruptum. hac ſuſpicione ſum perculſus: medicum indicem ſubornauit, fingit videlicet aliquod crimen veneni. & ſi a veritate longe, tamen a conſuetudine criminandi non multũ res abhorrebat. Quid ait medicus? nihil de veneno, at id fieri potuit: primo occultius in potione, vel cibo: deinde etiam impunius fit, quod cum eſt factũ negari poteſt. ſi palam te interemiſſet, omniũ in ſe gentiũ non ſolũ odia, ſed etiã arma conuertiſſet: ſi veneno, Iouis illius quidem hoſpitalis numẽ nunquam celare potuiſſet, homines vero fortaſſe celaſſet.

Quod igitur & occultius conari, & efficere cautius potuit, id tibi & medico callido, & ſeruo, vt putabat, fideli non credidit? de armis, de ferro, de inſidiis celare te noluit? At q̄ feſtiue crimen contexitur? Tua te, inquit, eadem quæ ſemper, fortuna ſeruauit. negauiſti tum te inſpicere velle. quid poſtea? an Deiotarus re illo tempore non perfecta, continuo dimiſit exercitum? nullus erat alius inſidiandi locus? At eodem te cum cœnauiſſes rediturum dixeras. itaq; feciſti: horam vnam aut duas eodem loco armatos, vt collocati fuerant, retinere magnum fuit? cum in conuiuio comiter & iucunde fuiſſes, tum illuc iuiſti vt dixeras. quo in loco Deiotarum talem erga te cognouiſti, qualis rex Attalus in P. Africanum fuit: cui magnificentiſſima dona, vt ſcriptum legimus, vſq; ad Numantiam miſit ex Aſia: quæ Africanus inſpectante exercitu accepit.

Quum eſt ad me iſta cauſa delata) vt Deiotarum defenderem, ſcilicet. Artificioſum illud eſt in refutando, vt alio loco, tempore, vel modo, crimen quod obiicit aduerſarius facilius tutiusque confici potuiſſe demonſtremus. Hoc enim modo veriſimile non eſſe oſtenditur, quod obiectum eſt, vt a Milone Clodio factas inſidias accuſator dixit in via Appia, ante fundum Clodii, hora vndecima. Id Cicero quum refutat dicit Milonem ſi inſidias Clodio facere voluiſſet, id facilius tutiusque & magis opportune facere potuiſſe ad Baſilij monumentum, qua noctu Clodio Romam reuertenti tranſeundum fuerat, q̄ ille locus latronum ſit receptator, ad quos cædis ſuſpicio perueniſſet, aut ad alios multos præter Milonem. quia Clodio violati vexatiq; fuerant. Nec muta ſolitudo indicaſſet, nec cæca nox oſtendiſſet a Milone Clodium cęſum fuiſſe. Hoc igitur crimen fictum probat Cicero. Quia ſi Caeſarem Deiotarus necare voluiſſet, occultius impuniusq; veneno per Phidippum medicum ſuum, q̄ per milites gladius necaſſet. Illo enim modo factum negari poterat, hoc non poterat. Adoleſcente) Caſtore. In potionē) Potionem a potu diſtinguit Valla. Cicero tamen ſanorū potionem non potū, Salluſtius potum q̄ potionem vſitatius appellat. Impunius, vt in Act. in Verrem. vj. ille ciuis Romanus quod erat, impunius id ſe facturum putauit. Si palam per armatos homines, Iouis illius quidem hoſpitalis) Iouem hoſpitalē coluit antiquitas, qui Lycaonem quia hoſpites mactauerat, in lupum conuertit. Virgilius in lib. Aeneid. j. Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur. Nunq̄ celare

Potio.
Potus.

potuiſſet) Non ſolum dicta noſtra aut facta, ſed ne cogitata quidem deo ignota eſſe
poſſunt. Quod igitur & occultius) Si Deiotarus Cæſarem necare voluiſſet, vene-
no potius necaturum fuiſſe probat argumento a faciliori. Id tibi) Apoſtrophe ad
Phidippum eſt. Non credidit) id eſt non commiſit. Celare te noluit) Argumē-
tum a repugnantibus eſt. Repugnat enim id Deiotarum ſeruo committere noluiſ-
ſe, quod facilius tutiusque fuiſſet, id autem non celaſſe quod difficilius eſſet atque pe-
riculoſius. Contexitur) id eſt componitur & fictum tegitur & coloratur. Nam a con
tegendo contexere factum eſt. Eadem quæ ſemper fortuna) Incredibilis Cæſaris Cæſaris fe-
felicitas multis in rebus perſpecta eſt, qua non ſolum honores & victorias adeptus, licitas.
ſed periculis vel maximis liberatus eſt. Illud tamen quod Appianus libro ſecundo
ſcribit, aſcripſiſſe non poeniteat, Quum Cæſar exercitum paruis ratibus Helleſpon-
tum tranſportaret, ei obuius fit Caſſius cum octoginta triremibus, quem facile deui-
ciſſet, ſi cum eo congreſſus fuiſſet. Cæſaris felicitate conterritus e trireme in ſcapham
deſilijt, venia ab eo impetrata triremes omnes tradidit. Id ſolum felicitati Cæſaris
Appianus tribuit, quod vir bellicoſus multo potentior, per ignauiam dediderit ſe ei,
quem poſtea imperantem occiderit. Itaque feciſti) Coenatus Cæſar munera inſpe-
xit, nec vlla vis ei illata eſt, nullæ patuerunt inſidiæ, quas ſi feciſſet Deiotarus, non di-
miſiſſet exercitum, qui facile horam vnam aut duas, quoad coenatum eſſet, expectaſ-
ſet. Comiter) id eſt benigne. Nam comes, vt ait Cicero pro L. Cornelio Balbo, be-
nigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur. Illuc) vbi erant munera. In P. Comes qui
Africanum) minorem. A Cicerone diſſentit Liuius libro quinquageſimo ſeptimo. Munera ce-
Scipio, inquit, quum obſideret Numantiam, ampliſſima munera ſibi ab Antiocho lare
Rege Syriæ miſſa, quum celare alijs Imperatoribus Regum munera mos eſſet, pro
tribunali ea accepturum ſe eſſe dixit, eaque omnia referre Quæſtori in publicas tabu
las iuſſit, ex iiſque viris fortibus munera ſe daturum. Ex Aſia) vbi regnabat. Nam
Pergami rex Attalus fuit.

Quod cum præſens Deiotarus regio & animo & more fe-
ciſſet, tu in cubiculum diſceſſiſti. Obſecro Cæſar repete
temporis illius memoriam, pone illum ante oculos diem:
vultus hominum te intuentium atque admirantium recor- ✕niſi quæ
dare ✕ num qua trepidatio? num qui tumultus? num quid
niſi moderate, niſi quiete, niſi ex hominis grauiſſimi &
ſanctiſſimi diſciplina? Quid igitur cauſæ excogitari po-
teſt, cur te lautum voluerit, coenatum noluerit occidere?
In poſterum, inquit, diem diſtulit: vt cum in caſtellum
Luceium ventum eſſet, ibi cogitata perficeret. Non vi-

deo cauſam loci mutandi, ſed tamen acta res criminoſe eſt: cum, inquit, vomere te poſt cœnam velle dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt, ibi enim erant inſidiæ: at te eadem tua fortuna ſeruauit, in cubiculum te ire malle dixiſti. Dii te perdant fugitiue, ita non modo nequam & improbus, ſed & fatuus & amens es, quid? ille ſigna ænea in inſidiis poſuerat, quæ e balneo in cubiculum transferri non poſſent? Habes crimina inſidiarum. nihil enim dixit amplius, horum, inquit eram conſcius, quid tum? ita demens ille erat, vt eum quem conſcium tanti ſceleris habebat, a ſe dimitteret? Romam etiam mitteret, vbi & inimiciſſimum ſciret eſſe nepotem ſuum, & C. Cæſarem, cui feciſſet inſidias? præſertim cum is vnus eſſet, qui poſſet de abſente ſe vindicare? Et fratres meos, inquit, quod erant conſcii, in vincula coniecit: cum igitur eos vinciret, quos ſecum habebat, te ſolutum Romam mittebat, qui eadem ſcires, quæ illos ſcire dicit? Reliqua pars accuſationis duplex fuit: vna, regem ſemper in ſpeculis fuiſſe, cum a te animo eſſet alieno: altera, exercitum eum contra te magnum comparaſſe. De exercitu dicam breuiter vt cætera. Nunquam eas copias rex Deioratus habuit, quibus inferre bellum populo Romano poſſet, ſed quibus fines ſuos ab excurſionibus hoſtium & latrociniis tueretur, & Imperatoribus noſtris auxilia mitteret. Atque antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri poteſt. At miſit ad Cælium neſcio quem: ſed eos, quos miſit, quod ire noluerunt, in vincula coniecit, non quæro quam veriſimile ſit, aut non habuiſſe regem quos mitteret: aut eos quos miſiſſet, non paruiſſe: aut qui dicto audientes in tanta re non fuiſſent, eos vinctos potius quam necatos fuiſſe.

More) Romanos enim Imperatores, Reges, populi Ro. ſocij, aut amici muneribus ornare ſoliti erant, vt diximus, ſi per eorum regna iter facerent. Hominis grauiſſimi) Deiotari. Diſciplina) qua gẽtem ſuam bene inſtituerat. Lautum) id eſt quum e balneo ante cœnam exiſſes. Lauare ſupinum habet lautum. Vetuſtiſſimi etiam lauatum ſolebant dicere. Terentius in Eunucho, Abeunt lauatum, perſtrepũt. Author eſt Priſcianus libro nono. Vt quum in caſtellum Luceium) Aut hic locus emendate non legitur: aut Deiotari domus in quam pridie Cæſar diuertit, prope caſtellum, non in caſtello fuit. Sed tamen acta) id eſt velut ab aduerſario dicitur.

Lautum & lautum.

Vomere te) Authore Plinio libro vndecimo. Homini cibus vtiliſſimus ſimplex, aceruatio ſaporum peſtifera, & condimẽta pernicioſiora. In cibis non facile coquuntur acria, nimia, auide hauſta, & æſtate q̃ hyeme difficilius, & in ſenecta q̃ in iuuenta. Vomitiones homini ad hæc in remedium excogitatæ ſunt. Authore Cornelio Celſo libro .j. ſolet etiam prodeſſe poſt varium cibum, frequenteſq; dilutas potiones vomitus, & poſtero die longa quies deinde modica exercitatio. Cæſar igitur cõuiuio regio magnifice acceptus vomitione cruditatem euitare voluit.

Viomitio vtilis.

Dij te perdant fugitiue) Imprecatio comica eſt. Ille ſigna ænea) Credibile non eſſe quod dicit aduerſarius oſtẽdit. Nam ſi inſidiæ in balneo fuiſſent, in cubiculum facile transferri potuiſſent, quum Cæſarẽ ire in cubiculum velle cognitum eſſet. Signa ænea) id eſt exercitum, cuius ſigna eſſent ænea, vt C. Marius argentea Aquila vſus eſt in bello Cimbrico, quum eſſet Cos. iterum. Vel ſigna ænea intelligit æneas imagines, quæ in balneo poſitæ erant, præter quas in balneo nihil fuerit, vt ridiculum faciat id quod obiecit aduerſarius. Habes) id eſt audiuiſti. A ſe dimitteret) Confictum illud quoque probat, quod harũ inſidiarum conſcium ſe Phidippus dixit. Quum igitur eos vinciret) Argumentum a repugnantibus. In ſpeculis fuiſſe) id eſt quid aduerſi tibi accideret per nuncios & ſpeculatores exploraſſe. Eſt enim ſpecula editior locus, vnde late deſpici poſſit.

Specula.

Virgilius libro Aeneidos decimo. Atq; leo ſpecula quum vidit ab alta Stare procul campis meditantem prælia taurum. Inde ſpeculator appellatus eſt. Nunquam eas copias &c.) nunquam, etiam ante bellum ciuile, quo tempore potentior erat. Antea) id eſt antequam victus cum Pompeio a Cæſare multatus eſt Media, Armenia minore, & grandi pecunia. Cælium neſcio quem) id eſt turpem & flagitioſum vel ignotum hominem. Is Cælius qui fuerit legere non memini. Nam M. Cælius Rufus Prætor ſeditioſus homo & furioſus a Cæſaris militibus ante pugnam Pharſalicam interfectus eſt, vt eſt in libro Commentariorum Cæſaris de bello Ciuili tertio. De furioſo quodam Trib. pleb. C. Cælio Cicero ſcribit ad M. Cælium libro Epiſtolarum familiarium octauo.

Sed tamen cum ad Cælium mittebat, vtrum cauſam illam victam eſſe neſciebat? an Cęlium iſtum magnum hominem putabat? quem profecto is, qui optime noſtros homines nouit, vel quia non noſſet, vel ſi noſſet, contemneret. Addidit etiam illud, Equites non optimos miſiſſe tibi: veteres credo

Cæſar: nihil ad tuum equitatum. ſed miſit ex iis quos habuit, electos. At neſcio quem ex eo numero ſeruum iudicatum. non arbitor, non audiui. ſed in eo, etiam ſi accidiſſet, culpam Regis nullam fuiſſe arbitrarer. Alieno autem a te animo fuit. quomodo? ſperauit credo difficiles tibi Alexandriæ fore exitus propter regionis naturam, & fluminis. At eo ipſo tempore pecuniam dedit, exercitum aluit quem Aſiæ præfeceras: ei nulla in re defuit, tibi victori non ſolum ad hoſpitium, ſed ad periculum etiam atque ad aciem præſto fuit. Secutum eſt bellum Africanum, graues de te rumores ſparſi, qui etiam furioſum illum Cælium excitauerunt. quo tum erga te Rex animo fuit? qui auctionatus ſit, ſeſeq; expoliare maluerit, q̃ tibi pecuniam non ſubminiſtrare. At eo (inquit) tempore ipſo Niceam Epheſumque mittebat, qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe referrent. itaque cum eſſet ei nunciatum, Domitium naufragio periſſe, te in caſtello circunſideri: de Domitio dixit verſum Græcum eadem ſententia, qua etiam nos habemus Latinum, Pereant amici, dum vna inimici intercidunt. quod ille, ſi eſſet tibi inimiciſſimus, nunquam tamen dixiſſet. ipſe enim manſuetus, verſus immanis. qui autem Domitio poterat eſſe amicus, qui tibi eſſet inimicus? tibi porro inimicus? cur eſſet? a quo cum vel interfici belli lege potuiſſet, Regem & ſe, & filium ſuum conſtitutos eſſe meminiſſet? Quid deinde furcifer? quo progreditur? ait hac lætitia Deiotarum elatum, vino ſe obruiſſe, in conuiuioq; nudum ſaltauiſſe.

Cauſam illam) i. exercitũ Cælij. vt lib. Epiſt. vj. ad Q. Ligariũ Africanæ cauſæ iratior i. ijs qui contra ſe in Africa cum Varo Scipione & Iuba fuerunt. Quia nõ noſſet ꝙ ignobilis eſſet. Vel ſi noſſet) quia turpis & flagitioſus eſſe contẽneret. Veteres equites) diſciplina & armatura Romana iãpridẽ inſtitutos. Nihil ad tuũ equitatũ) i.

ad comparationem tui equitatus. Ita enim Valla libro tertio hunc locum exponit, vt in libro de Oratore ſecundo, Quem cognouimus virum bonum & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium, id eſt a Perſij comparationem. At neſcio quem) addidit, ſcilicet. Non audiui) Fictum crimen ſignificat. Alieno autem a te animo fuit.) Hoc ab aduerſario dictum eſt. Alexandriæ) id eſt belli Alexandrini, de quo & Cæſaris periculo eſt in libro Commentariorum Cæſaris de bello Ciuili tertio, & in libro Aul. Hircij quarto. Fluminis) Nili. Pecuniam dedit &c.) id eſt quod ante dixit Cicero, Te, inquit, Alexandrinum bellum gerente vtilitatibus tuis paruit. Ille exercitum Cn. Domitij ampliſſimi viri ſuis tectis & copijs ſuſtentauit: & reliqua. Exercitum) Cnæi Domitij. Victori) in acie Pharſalica, & in bello Alexandrino. Ad hoſpitium) quum te hoſpitio accepit. Deiotarus enim Cæſaris hoſpes erat. Ad periculum) in bello Pontico, quod cum Pharnace geſtum eſt. Bellum Africanum) quod cum Varo, Iuba, & reliquijs Pompeiani exercitus C. Cæſar in Africa geſſit.

Graues rumores) id eſt magni, firmi, conſtantes, quibus etiam viri graues authoritatem dabant. Auctionatus ſit) id eſt res ſuas vendiderit, vt pecuniam tibi conficeret. Si alieno a Cæſare Deiotarus animo fuiſſet, quum graues illi de Cæſare rumores ſparſi eſſent, tum pecuniam non confeciſſet, ſed potius rumorum exitum expectaſſet. Expoliare) facta rerum ſuarum auctione. At eo, inquit, tempore) id eſt quod ante dixit, Regem in ſpeculis ſemper fuiſſe. Niceam, Epheſumque) quæ vrbes in Aſia celeberrimæ ſunt. Exciperent rumores) id eſt obſeruarent, ſi qui rumores afferrentur ex bello Africano, & ex Cæſare. Circumſideri) id eſt obſideri. Intercidant) id eſt pereãt. Particula inter vim habet complendi. Donatus exponens illum verſum Terentij ex Eunucho, Quod nos capere oportet, hæc intercipit. Intercipit proprie, inquit, quaſi totum capit Plautus in Aulular. Quæ ſola interbibere Corinthienſem fontem & Pyreneum poteſt. Ex hoc genere ſunt interficere, intermori, interire, interminari, aliaque eiuſdem generis plurima. Ipſe enim manſuetus) Ab animi natura arguit. Id enim fidem detrahit ab homine manſueto immanem verſum fuiſſe pronunciatum. Qui tibi eſſet inimicus) Cui Domitius erat amicus. Belli lege) qua licet victoribus victos interficere.

Inter vim habet complendi.

Quæ crux huic fugitiuo poteſt ſatis ſupplicii afferre? Deiotarum ſaltantem quiſquam aut ebriũ vidit vnquam? omnes ſunt illo in Rege virtutes, quod te Cæſar ignorare nõ arbitror: ſed præcipue ſingularis & admiranda frugalitas. etſi hoc verbo ſcio laudari Reges non ſolere: frugi hominẽ dici, non multum laudis habet in Rege: fortem, iuſtum, ſeuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, libera-

le.n:hæ ſunt regiæ laudes,illa priuata eſt, vt volet quiſque accipiat,ego tamen frugalitatem,id eſt modeſtiam & temperantiam virtutem eſſe maximam iudico. hæc in illo eſt ab ineunte ætate,tum a cuncta Aſia, tum a magiſtratibus Legatiſque noſtris,tum ab equitibus Romanis,qui in Aſia negociati ſunt,perſpecta & cognita.Multis ille quidé gradibus officiorum erga Rempublicam noſtram ad hoc regium nomen aſcendit, ſed tamen quicquid a bellis populi Romani vacabat,cum hominibus noſtris conſuetudines,amicitias,res, rationesq; iungebat. vt non ſolum Tetrarcha nobilis,ſed optimus paterfamilias,& diligentiſſimus agricola,& pecuarius haberetur.qui igitur adoleſcens nondum tanta gloria præditus,nihil vnquam niſi ſeueriſſime & grauiſſime fecerit, is ea exiſtimatione eaq; ętate ſaltauit? Imitari potius Caſtor aui mores diſciplinamq; debebas,quam optimo & clariſſimo viro fugitiui ore maledicere. Quod ſi ſaltatorem auum habuiſſes,neque eum virum, vnde pudoris pudicitięq; exempla peterentur:tamen hoc maledictum minime in illam ætatem conueniret. quibus ille ſtudiis ab ineunte ætate ſe imbuerat, non ſaltandi,ſed bene vt armis, optime vt equis vteretur:ea tamen illum cuncta iam ætate exacta defecerant.Itaque Deiotarum cum plures in equum ſuſtuliſſent,quod hærere in eo ſenex poſſet, admirari ſolebamus. hic vero adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Gręcia commilito fuit,cum in illo noſtro exercitu equitaret cum ſuis delectis equitibus, quos vna cum eo ad Pompeium pater miſerat,quos concurſus facere ſolebat? quam ſe iactare? quam ſe oſtentare? quam nemini in illa cauſa ſtudio & cupiditate concedere?

Quæ crux)Seruorum nõ ciuium crucis erat ſupplicium. Vnde ſerui fugitiui quia
crucem meruerunt, cruciferi dicti ſunt: & in ſignum ignominiæ, crucis ſignum in
veſte ferebant. Iuxta quod ſcriptum eſt, Morte turpiſſima condemnemus eum. Deio-
tarum ſaltantem)De ſaltatione, q̃ inhoneſta fuerit apud veteres, ſcribimus in Inue-
ctiuas Ciceronis in Catilinam. Frugalitas prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, ſed
præcipue temperantiam continet, vt eſt in libro Tuſculanarum quæſtionum tertio.

A cuncta Aſia)id eſt ab omnibus Aſiaticis. A magiſtratibus legatiſq; noſtris)
qui in Aſia bella geſſerunt, quorum in caſtris Deiotarus verſatus eſt, quum per æta-
tem licuit. Officiorum)id eſt beneficiorum. Pecuarius)a pecore vel a pecudibus di- Pecuarius.
ctus is eſt, qui vtilitatis gratia pecudes alit. Qua in ſignificatione hic dicitur. Rei fa
miliari expedire maxime non ſolum bene arare, ſed etiam bene paſcere, M. Cato di-
xit, vt eſt apud Ciceronem libro de Officijs ſecundo. Pecuariæ dicuntur prata ea quę
paſcendis pecudibus relicta ſunt. M. Varro libro Rerum Ruſticarum ſecundo, Ipſe pe
cuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, in Reatino equarias. Itemq; Qui pecua-
rias habuerunt in Epiro magnas. Dicuntur item pecuarij, qui pecoris paſcendi cau- Pecuariæ.
ſa publica prata ex populo Romano conducunt. Cicero Actione in Verrem quarta,
Poſtulo mihi reſpondeat, qui ſit ille Verrutius mercator an arator an pecuarius? Idẽ
pro M. Fõteio, Vnum ex toto negociatorum, colonorum, publicanorum, aratorum,
pecuariorum numero teſtem producant. Pecuarius canis a Columella libro octauo,
dicitur is qui pecoris cuſtos eſt. Pecuarius canis, inquit, neq; tam ſtrigoſus aut pernix
debet eſſe, q̃ qui damas ceruoſq; & velociſſima ſectatur animalia: nec tam obeſus aut
grauis, q̃ villæ horreiq; cuſtos. Eundem canem idem appellat paſtoralẽ. Qui igi Paſtoralis
tur adoleſcens)A vita anteacta oſtẽdit credibile non eſſe Deiotarum ebrium factum canis.
ſaltaſſe. Ex præteritis enim(vt ait Quintilianus libro quinto)æſtimari ſolẽt pręſen-
tia. Si igitur adoleſcens Deiotarus, ſi nondum tanta gloria præditus nihil egit niſi
ſeueriſſime & grauiſſime, an credibile eſt eum in extrema ſenectute in eaq; exiſti-
matione ſaltauiſſe? Eaque ætate)Deiotarum extrema ſenectute tum fuiſſe quum
Craſſus in Parthos exercitum duxit ante ſcripſimus. Id autem paulo ante bellum ci
uile fuit. Clariſſimo viro malediceret)id eſt in Deiotarũ maledicta conijceret. Id au
tem maledictum, quod vltra crimen, quod cauſæ proprium eſt, reo obijcitur, quo
id crimen fiat magis probabile. Quid maledicere & accuſare differant, eſt in oratione
Ciceronis pro M. Cælio. Exacta)id eſt extręma ſenectute. Vt in primo Aeneidos Maledictũ.
Virgil. Omnes vt tecum meritis pro talibus annos Exigat. Defecerant)id eſt de-
ſtituerant. Hic vero adoleſcẽs)Caſtor ſcilicet. Meus miles)id eſt ſub me Proconſule Meus miles
Ciliciam obtinente militans. In Græcia)in bello ciuili & pugna Pharſalica. Cõ-
milito)id eſt militans mecum ſub eodem Imperatore Pompeio. Oſtendit tamen Ci
cero in Pompeij exercitu contra Cæſarem fuiſſe Caſtorem multo inimiciore ani-
mo atque ferociore, quam fuerit Deiotarus. Pater)qui erat Deiotari gener. In illa
cauſa)id eſt in exercitu Pompeij.

Quum vero exercitu amiſſo, ego qui pacis ſemper author fui, poſt Pharſalicum autem prælium ſuaſor fuiſſem armorum non deponendorum, ſed abiiciendorũ, hunc ad meã authoritatem non potui reuocare, quod & ipſe ardebat ſtudio ipſius belli, & patri ſatis faciendũ eſſe arbitrabatur. Fœlix iſta domus, quæ non impunitatem ſolum adepta ſit, ſed accuſandi etiam licentiam. Calamitoſus Deiotarus, qui ab eo qui in iiſdem caſtris fuerit, non modo ab alienis apud te, ſed etiã a ſuis accuſetur: vos veſtra ſecunda fortuna Caſtor non poteſtis ſine propinquorum calamitate eſſe contenti. Sint ſane inimicitiæ, quæ eſſe nõ debebãt: Rex enim Deiotarus veſtram familiam abiectam & obſcuram e tenebris in lucem vocauit. Quis tuum patrem antea qui eſſet, q̃ cuius gener eſſet? audiuit: ſed quis ingrate & impie neceſſitudinis nomen repudiaueritis, tamen inimicitias hominũ more gerere poteratis, non ficto crimine inſectari, non expetere vitam, non capitis arceſſere. Eſto concedatur hæc quoque acerbitatis, & odii magnitudo, adeo ne vt etiam omnia vitæ, ſalutiſque communis, atque etiam humanitatis iura violentur? ſeruum ſolicitare verbis, ſpe, præmiiſq; corrumpere, abducere domo, contra dominum armare: hoc eſt non vni propinquo, ſed omnibus familiis bellum nefarium inducere. nam iſta corruptela ſerui, ſi non modo impunita fuerit, ſed etiam tanta authoritate approbata, nulli parietes noſtram ſalutem, nullæ leges, nulla iura cuſtodient. vbi enim id quod intus eſt, atq; noſtrum, impune euolare poteſt, contraq; nos pugnare, fit in dominatu ſeruitus, in ſeruitute dominatus. O tempora. O mores. Cn. Domitius ille, quem nos pueri Conſulem, Cenſorem, Pontificem Maximum vidimus, cum Tribunuſplebis M. Scaurum principem ciuitatis in iudicium populi vocauiſſet,

Scaurię ſeruus ad eum clam domum veniſſet, & crimina in dominum delaturum ſe eſſe dixiſſet, comprehendi hominem iuſſit, ad Scaurumq; deduci.

Exercitu amiſſo) id eſt victo Pompeio. Sed abijciendorum) vt celeritatem ſignificet hoc dicit. Felix iſta domus) Ex diſſimilitudine quærit Deiotaro miſericordiam. In iiſdem caſtris contra Cæſarem Caſtor & Deiotarus fuerunt. Caſtor felix eſt, Deiotarus calamitoſus, quæ calamitas ab eo proficiſcitur, qui ipſe felicitatis author eſſe deberet. Non modo apud te) Locus hic emendate non legitur. Ita autem legendum, non modo ab alienis apud te. Alienos enim appellamus, qui amici aut affines, aut propinqui non ſunt. Extraneos vulgo appellant. Vitæ ſalutiſque) Illud Alieni qui ſint.
perſæpe Cicero facit, vt oſtendat cauſam eam quæ agatur, trahi in exemplum. Ideoque eius iudicium in vtramuis partē ſic pertinere vel ad iudices, vel ad ciues omnes, vel ad Rempublicam, vt ſi damnetur Deiotarus a corrupto ſeruo accuſatus, liceat cuiuis inimici ſeruum ad domini accuſationē ſolicitare & corrumpere. Qua ratione a ſeruis nullus erit tutus. Adducere domum) Legendum eſſe arbitror, abducere domo. Ita magis cohæret ſententia. & paulo poſt Caſtori Cicero de hoc ſeruo dicit, Tu ab auo abduxiſti. Corruptela potius quam corruptio in hac re dicitur. A tanta authoritate) id eſt a Cæſare victore. Approbata) Nam ſi damnetur a Cæſare Deiotarus, hæc ſerui corruptela a Cæſare approbata fuerit. Quod intus eſt atque noſtrum) id eſt quod domi fecimus aut diximus, nullis præter ſeruos conſcijs. Fit in dominatu ſeruitus) id eſt dominis ſerui conſcij dominantur, & ſeruis domini ſeruiunt. Authore Iuuenale Satyra tertia, Quis nunc diligitur niſi conſcius? & cui feruens Aeſtuat occultis animus, ſemperque tacendis? Nil tibi ſe debere putat, nil conferet vnquam, Participem qui te ſecreti fecit honeſti. Charus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult Accuſare poteſt. O tempora, o mores) de hac exclamatione, O tempora o mores.
quæ fit ad augendam rei indignitatem ſcribimus in Commentarijs in primam Ciceronis Inuectiuam in Catilinam. Quem nos pueri Conſul) Populus Romanus Cn. Domitium, quum propter alias virtutes, tum ob ſingularem iuſtitiam, qua Cn Domitius.
comprehenſum ſeruum Tribunus plebis ad dominum Scaurum remiſit, fecit Conſulem, Cenſorem, & Pontificem Maximum, vt ait Valerius libro ſexto, vbi rē paulo amplius ſcribit. Cum Tribunum plebis) cum Tribunus plebis legendum eſſe ex Valerio facile intelligas. Clam) id eſt noctu.

Vide quid interſit, & ſi inique Caſtorem cum Domitio comparo, ſed tamen ille inimico ſeruum remiſit, tu ab auo abduxiſti: ille incorruptum audire noluit, tu corrupiſti: ille authorem ſeruum contra dominū repudiauit, tu etiam

accuſatorem adhibuiſti. At ſemel iſte eſt corruptus a vobis? nonne cum eſſet productus, & cum tecum fuiſſet, refugit ad Legatos? nonne etiam ad hunc Cn. Domitium venit? nonne audiente hoc Ser. Sulpitio clariſſimo viro, qui tum caſu apud Domitium cœnabat, & hoc T. Torquato optimo adoleſcēte ſe a te corruptum, tuis promiſſis in fraudem impulſum eſſe confeſſus eſt? Quæ eſt iſta tā impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? ideirco in hanc vrbem veniſti? vt huius vrbis iura & exēpla corrumperes? domeſticaq; tua inhumanitate noſtræ ciuitatis humanitatē inquinares? At q̄ acute collecta crimina? Bleſamius inquit (eius enim nomine optimi hominis nec tibi ignoti, mala dicebat tibi) ad Regē inquit, ſcribere ſolebat te inuidioſe Tyrannum exiſtimari: ſtatua inter Reges poſita animos hominum vehementer offenſos, plaudi tibi non ſolere. nonne intelligis Cæſar ex vrbanis maliuolorum ſermunculis hæc ab iſtis eſſe collecta? Bleſamius Tyrannum Cæſarem ſcriberet? multorum enim ciuiū capita viderat? multos iuſſu Cæſaris vexatos, verberatos, necatos? multas afflictas & euerſas domos? armatis militibus refertum forum? Quæ ſemper in ciuili victoria ſenſimus, ea te victore non vidimus.

At ſemel) An ſemel legēdum puto, vt dicat Cicero ſeruum ſæpius a Caſtore corruptum, vt fictū crimen clarius oſtendat. niſi ſit per Ironiam dictū, At dicis ſemel duntaxat corruptus eſt? Nonne &c.) Ad Legatos Deiotari. Ad hunc) Cn. Domitium. Non eſt Domitius is de quo paulo ante dicebat. Seruio Sulpitio) Is eſt qui L. Murenam accuſauit ambitus, cuius epiſtolæ ad Ciceronē extāt. In fraudem) i. in vitiū, vt ficto crimine dñm accuſaret. Fraudē pro vitio ſæpe dicit Cicero, vt pro Milone, Boni nullo emolumēto impellūtur in fraudē, improbi ſæpe paruo. Pro Sex. Ro. Sua quēq; fraus, & ſuus terror maxime vexat, ſuū quēq; ſcelus agitat, amētiaq; affici, ſuę malę cogitationes conſcientięq; animi terrent. Et pro M. Cęlio, Proh dij immortales, cur interdū in hoim ſceleribus maximis aut cōuictis, aut pręſentis fraudis pœnas in diē re

ſeruatis. Et pro C.Rabirio. Si C.Rabirius fraudem admiſit capitalem, q̃ arma cõtra
L.Saturninum tulit. Impulſum) Impellere in re mala dicitur ſæpius, vt ait Dona:
tus. Immoderata) id eſt ſine modo & infinita. Domeſtica) id eſt barbara. Collecta
crimina) id eſt confict a & compoſita, vt omnia inter ſe cõgruant, nihilq; ſit quod pu:
gnet. Nam authore Quintiliano libro quarto. Curandum eſt præcipue (quod fingen
tibus frequenter accidit) ne qua inter ſe pugnent. Collecta crimina) vt paulo ante,
At q̃ feſtiue crimen contexitur? Bleſamius, inquit) Hic Bleſamius Gallogræcus De:
iotaro familiaris erat. Maledicebat tibi) Nam quæ Bleſamij nomine de te maledi:
cta confingebat, ea perinde accipienda erant, ac ſi ipſe diceret. Optimi hominis) Virũ
ſemper in laude: hominẽ modo in laude, modo in vituperatione a Cicerone ſemper
dici attendimus. Priſcianus lib. xviij. docens latine dici maledico tibi & maledico te,
vt Græci καταρῶμαί σοι hunc locum citat, legitq; nomine optimi viri. Inquit) hic Cæſar regni
bis punitur, vt minus præmeditata videatur oratio, quo Cæſari ſit minus ſuſpicioſa. cupidus.

Te inuidioſe Tyrannum) His tribus maledictis crimen quod cauſæ proprium eſt
veriſimile magis fieri Caſtor putabat, Singula ordine falſa eſſe oſtendit Cicero. Sta
tua inter reges poſita) Reges Romanos vt arbitror intelligit, inter quorũ ſtatuas ſta:
tua Cæſari poſita eſt, qua animos hominum vehementer offenſos dicit, q̃ occupati
regni ea ſignificatio eſſet. Regium autem nomen pop. Rõ. poſt eiectos reges ſemper
odioſum fuit, regnandi cupiditas manifeſtum odium & capitalem inuidiam in Cæ:
ſarem conflauit. Eius autem cupiditatis ſuſpitionem diligẽter euitauit. Vt quum ex
Alba Romam veniẽs ab adulatoribus rex ſalutatus eſſet, perturbata plebe indoluit, Sermo pro
ſeq; Cæſarem non Regem vocari dixit. Lupercalia Cæſar triumphali habitu aurea fama.
in ſella ſedens quum e roſtris ſpectaret, M. Antonius Cos. faciens Lupercalia eius ca:
piti diadema impoſuit, modicus plauſus ſubſecutus eſt. Cæſare id repudiante vniuer
ſus applauſit populus. Idem rurſus cum fieret Cæſar plebis animum ſentiens, diade:
ma in capitolium deferri iuſſit. Authores ſunt Plutarchus in vita Cæſaris & Appia:
nus libro ſecundo qui in hanc rem multa ſcribunt amplius. Sermunculis) id eſt ru
muſculis. Pro fama enim ſermo ſæpe dicitur. A ſermone ſermunculus dicitur, qua
forma a tyrone tyrunculus, a latrone latrunculus, a carbone carbunculus, ab homi
ne homunculus, a virgine virguncula, a ratione ratiũcula, & ab offenſione offenſiun:
cula, aliaq; quæ in lib. iij. Priſcianus lib. iij. Priſcianus enumerat. Maleuorũ & impro:
borum hominum rumuſculis hæc de Cæſare circunferebantur, vnde collegit aduer
ſarius. Multorum enim ciuium) iuſſu Cæſaris necatorum ſcilicet. Tyrannorum mo
res deſcribit, a quibus alienum Cæſarem ſignificat. In ciuili victoria) Marij, Syllæ
aliorumq;, qui ciuilibus victorijs potiti ſunt.

Solus inquam C.Cæſar, cuius in victoria ceciderit nemo
niſi armatus, & quẽ nos liberi in ſumma Reip. libertate na
ti non modo non tyrannum, ſed etiam clementiſſimum in
victoria videmus ducem, is Bleſamio, qui viuit in regno,

Tyrãnus videri poteſt? Nam de ſtatua quis queritur? vna præſertim? cum tam multas videat? Valde enim inuidendum eſt eius ſtatuæ, cuius tropheis non inuidemus. Nam ſi locus affert inuidiam, nullus locus eſt ad ſtatuam quidẽ roſtris clarior. De plauſu autẽ quid reſpondeam? qui nec deſideratus vnq̃ a te, & nonnunq̃ obſtupefactis hominibus, ipſa admiratione compreſſus eſt, & fortaſſe prætermiſſus, qui nihil vulgare te dignum videri poteſt. ¶ Nihil a me arbitror prętermiſſum, ſed aliquid ad extremam cauſæ partem reſeruatum: id autem aliquid, te vt plane Deiotaro reconciliet oratio mea: non enim iam metuo, ne tu illi ſuccẽſeas: illud vereor, ne tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicere, quod abeſt longiſſime, mihi crede Cęſar. Quid enim retineat per te, meminit, non quid amiſerit: neq; ſe a te multatum arbitratur, ſed cum exiſtimaret multis tibi multa eſſe tribuenda, quæ minus aſſequi in altera parte potuiſſet: ea ſumeres ab illo non recuſauit.

Inquam

Solus inquam) Inquam ſæpe dicitur pro iterũ dico, ſæpe vt magis ſignificet q̃ dico, vt hoc loco. Solus inquam) i. vt ego dico & affirmo. Niſi armatus) Idẽ dicit pro Q. Ligario, Quis, inquit, non eam victoriam probet, in qua occident nemo, niſi armatus? Et quem nos liberi) Popularis gubernatio, qualis Romana fuit, magis libera quam regia erat. Nos igitur, inquit, Cicero in ſumma libertate nati Cęſarem videmus clementiſſimum, cuius ſi vlla tyrannidis ſuſpicio eſſet, facile agnoſceremus. an igitur is tyrannus Bleſamio videretur, qui in regno Deiotari viuit, ideoque non tam facile tyrannum agnoſcat? Eſt autem argumẽtum a maiore ad minus. Ex hoc autem loco & ſimilibus ad Cæſarem habitis adnotare licet oratoris eſſe, verba auditorio accommodare. Nam ad Cæſarem orans eum clementem victorem compellat, quem poſtea cæſum tyrannum manifeſte pronunciauit. Nam de ſtatua) Nam id eſt deinde. Eſt autem hic particula continuationem ſignificans. Vna præſertim) quę inter Reges poſita eſt. Tam multas) Cæſaris ſtatuas, quæ partim ante bellum ciuile, partim poſt ciuilem victoriam ei poſitæ ſunt. Valde enim) Si trophæis Cæſaris Romæ non inuidetur, minus multo credibile eſt eius ſtatuæ inuideri. Q; ſi dicas loco afferri inuidiam, quod inter Reges hæc ſtatua poſita ſit, ſtatuæ aliæ eidem in roſtris poſitæ maiorem inuidiam afferrent. Roſtris eſt clarior) Multas

Nam.

Statuarum locus.

Roſtrorum ſtatuæ.

multis in locis Romæ & extra vrbem in foro plurimas legimus poſitas eſſe ſtatuas. Legatis,qui Fidenis cæſi erant,ſtatuæ in foro poſitæ ſunt,vt ait T. Liuius libro quarto. Authore Plinio libro.xxxiiij.ibidem erectæ ſunt ſtatuæ Camillo,P. Iunio, T. Coruncano,Cn. Octauio,qui idem ſcribit ſtatuas fori ornamentum eſſe. Nihil vulgare)Eſt enim plauſus leuis quædam res & popularis,hominis gratuitate indigna, quẽ ventum popularem Cicero appellat in Oratione pro A. Cluentio. Idem in libro Tuſculanarum quæſtionum ſecundo,ſcribit pulcherrimam animi magnitudinem fieri pulchriorem,ſi yacet populo,neq; plauſum captans ſe tantum ipſa delectet. Nihil a me arbitror)Concluſio eſt,in qua Cæſarem Deiotaro reconciliare contendit,in primiſq; oſtendit Deiotarum Cæſari non ſuccenſere,quo ei facilius Cæſar poſſit reconciliari. Nihil a me arbitror prætermiſſum)id eſt arbitror me reſpondiſſe ad omnia quæ in Deiotarum ab aduerſarijs dicta ſunt. Aduocatus negligentiæ reprehenſionẽ ſubit,ſi quid ab aduerſario dictum prætermittit,cui ipſe non reſpondeat,vt ait Quintilianus libro quinto. Quam aduocato turpem eſſe negat, modo ſit breuis, & proſit reo. Id autem eiuſmodi eſt,ſi quid ab aduerſario dictum defendi non poſſit,id enim ſilentio diſſimulandum eſt,dummodo extra cauſam ſit. Nam ſi cauſæ proprium eſſet,hæc obliuionis ſimulatio reo pernicioſa eſſet. Id autem aliquid) quod reſeruatũ eſt. Quid enim retineat per te)id eſt regnum & vitam beneficio tuo ſe retinere meminit,quę tu ei iure belli adimere poteras. Non quod amiſerit. Magnanimi viri eſt acceptorum beneficiorum meminiſſe,iniuriarum vero obliuiſci. Ideo Cęſarem nihil obliuiſci ſolitum niſi iniurias Cicero dicit pro Q. Ligario. Idem Cicero in Oratione poſt reditum in Senatu habita,in eandem fere de ſe ſcribit ſententiam. Nonnullorũ, inquit,in me nefarie commiſſa pręṫereo. Non eſt mei temporis iniurias meminiſſe, quas ego etiamſi vlciſci poſſem,tamen obliuiſci mallem. Oblitus eſt igitur Deiotarus ſe multatum a te,regnum ſe & vitam beneficio tuo retinere meminit. Quocirca nihil eſt quod tibi ſuccenſeat,ſed potius quod amet,habeatq; gratiam. Quum exiſtimaret multis tibi multa eſſe tribuenda) Amphibologia eſt. Vel multis,quorum opera in bello vſus es,multa tribuere debes: vel multi qui Pompeium ſecuti ſunt,& cum eo victi victori tibi multa tribuere debẽt. In hoc autem poſteriore ſenſu intelligitur. Quæ minus aſſequi &c.)Sententia eſt. Si viciſſet Pompeius,multa Deiotarus aſſequi potuiſſet:q; autem victus ſit multa ſibi a victore ſumi non recuſat. Nam, vt ex neſcio quo poeta ſcribit Cicero in libro Tuſculanarum quæſtionum.ij.qui alteri exitium pareat,eum ſcire oportet ſibi paratam peſtem vt participet parem. In altera parte)Pompeij ſcilicet,ſi viciſſet. Ab illo)id eſt ab ſe,inuſitata reciprocatio eſt.

Plauſus

Gratus animus.

Iniuriarũ obliuiſci.

Etenim ſi Antiochus magnus ille rex Aſię,cum poſteaq̃ a Scipione deuictus Tauro tenus regnare iuſſus erat, oẽmq; hanc Aſiam,quę eſt nunc noſtra prouincia,amiſiſſet,dicere eſt ſolitus,benigne ſibi a populo Romano eſſe factũ q; nimis magna procuratione liberaretur,modicis regni termi

nis vteretur, poteſt multo facilius ſe Deiotarus conſolari. Ille enim furoris multum ſuſtinuerat, hic erroris. Omnia tu Deiotaro Cæſar tribuiſti. cum & ipſi & filio nomen regium conceſſiſti. Hoc nomine retento atq; conſeruato, nullum beneficium populi Romani, nullum iudicium de ſe Senatus imminutum putat: magno animo & erecto eſt, nec vnq̄ ſuccumbet inimicis, ne fortunæ quidem, multa ſe arbitratur & peperiſſe antea factis, & habere in animo atq; virtute, quæ nullo modo poſſit amittere. quæ enim fortuna? aut quis caſus? aut quæ tanta poſſit iniuria, omnium Imperatorum de Deiotaro decreta delere? ab omnibus enim eſt ornatus, qui poſtq̄ in caſtris eſſe potuit per ætatē, in Aſia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella geſſerunt. Senatus vero iudicia de illo tam multa tamq; honorifica, quæ publicis populi Romani literis monumentiſq; conſignata ſunt, quæ vnq̄ vetuſtas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio? Quid de virtute eius dicam? quid de magnitudine animi? grauitate? conſtantia? quæ omnes docti atq; ſapientes ſumma, quidam etiā ſola bona eſſe dixerunt: hiſq; non modo ad bene, sed etiam ad beate viuendum contentam virtutem eſſe.

Antiochi Magni bellū & pax cū pop. Rom.

Antiochus Magnus) Multos Anthiocos fuiſſe, hunc vero a rerum geſtarum magnitudine Magnum fuiſſe cognomitatum Raphael Volaterranus ſcribit, q̄ Babyloniam, Aegyptum, Iudæam, aliaſq; nationes imperio patrio adiecerit. A Scipione) L. Scipionem intelligit, qui a deuicta Aſia Aſiaticus, vt paucis ante annis eius frater P. Scipio a deuicta Africa Africanus cognominatus eſt. Tauro tenus regnare iuſſus eſſet) accepta ea pacis conditione a L. Scipione, quam Senatus populuſq; Romanus comprobauit, vt eſt apud T. Liuium libro. xxxvii. Procuratione) i. adminiſtrandi regni cura & ſolicitudine. Poteſt multo facilius ſe Deiotarus cōſolari) Multis perſuaſum eſt merita poena immeritā iniquiore animo ferendā eſſe. In qua ſentētia eſt verſus ille Ouidian⁹, Quę venit indigne poena, dolēda venit. Ab hac ſentētia viri ſapientes alieni ſunt. Hi enī poenā merita iniquo animo, immeritā æquo ferendam cenſent. ipſa enim bona conſciētia poenā facit leuiorā. Ideoq; Socrates quū ad ſuppliciū duceretur, querenti vxori & lamentanti q̄ iniuſte occideretur, Quid tu, inquit, faceres,

Poena imerita æquiore animo ferenda.

& iuſte. Ille furoris multam ſuſtinuerat)id eſt Antiochus ita multatus eſt; quia cũ populo Romano primum Thoantis Aetoliæ principis, deinde Annibalis ad eum profugi impulſu bellum temere ſuſceperat. de quo L. Florus libro Epitomarum ſecũdo. Pompeius Trogus libro.xxxj. T. Liuius.xxxiij.&.xxxiiij.&.xxxvij. vbi ſcribit, vti, quum Antiochus conſilium de bello Romano haberet, tum alius alio ferocius ſententiam diceret: quia quo quiſq; aſperius aduerſus Romanos loquutus eſſet, eo ſpes apud regẽ gratia maior eſſet. Multã ſuſtinuerat)Multã ſuſtinere dicit, vt in Oratione ad Quirites poſt reditum, ſuſtinere poenam. Si meas, inquit, rationes vnq̃ veſtræ ſaluti antepoſuiſſem, ſempiternam poenam ſuſtinerem. Multa ſe arbitratur pepeřiſſe)præcipue veram gloriam, decretis Senatus iudicijs publicis, pop. Ro. literis monimentisq; conſignatam atq; firmatam. Tanti gloriam faciebat Deiotarus, vt eam regno ſuiſq; poſſeſſionibus anteponeret. Ideo nihil eum poenituit q̃ in ciuili diſcordia Pompeium ſecutus ſit. Nam fidem amicitiamq; populi Romani ſecutus, officio functus eſt, vt ait Cicero. in libro de Diuinatione ſecundo. Ab omnibus enim eſt ornatus &c.)De hac re Cicero in vndecima Philippica, Quid, inquit, dicam de patre Deiotaro, cuius beneuolentia in populo Romano eſt ipſius æqualis ætati? qui non ſolum ſocius Imperatorum noſtrorum fuit in bellis, ſed etiam dux copiarum ſuarũ. Quæ de illo viro Sylla? quæ Murena? quæ Seruilius? quæ Lucullus? quam honorate? quam honorifice? quam grauiter ſæpe in Senatu prædicauerunt? Quid de Cn. Põpeio loquar? qui vnum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum, vereq; beneuolum, vnum fidelem populo Romano iudicauit. Senatus vero iudicia) Deiotarus ſæpe a Senatu regali nomine dignus exiſtimatus eſt, clariſſimorumque Imperatorum teſtimonijs ornatus eſt, vt ait Cicero de Aruſpicum reſponſis. Omnes docti atque ſapientes) Stoici ſolum bonum virtutem eſſe dixerunt. Academici vero & Peripatetici fortunæ & corporis bona quidem eſſe, ſed virtutem ſummum bonum dixerunt. Extra hos Epicurei fuerunt, ſed eos fuiſſe ſapientes negat Cicero.

Suſtinere multam & pœnam.

Hisque bonis) quæ ſola ſunt. Illa Ciceronis diſputatio libri Tuſculanarum quæſtionum quinti, virtutem ad beate viuendum ſatis poſſe. Id adeo verum eſt, vt Epicurus qui ſummum bonum in voluptate poſuit, neget quenquam beate poſſe viuere, niſi idem honeſte ſapienter iuſteq; viuat. Non modo ad bene)bene viuere eſt viuere honeſte & cum virtute. Beate vero, iucunde & feliciter.

Hæc ille reputans, & dies & noctes cogitans: non modo tibi non ſuccenſet (eſſet enim non ſolum ingratus, ſed etiam amens) verum omnem tranquillitatem & quietem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ. quo quidem animo cum antea fuit, tum non dubito quin tuis literis, quarum exemplum legi, quas ad eum Tarracone huic Bleſamio dediſti, ſe magis etiam erexerit, ab omnique ſolicitu-

Hoſpitij cõiungendi mos.

Reſpub. conciliauit) id eſt quem habeo amicum, quia eum noſtra ciuitas amat. Hoſpitium voluntas vtriuſq; coniunxit.) Coniungendi hoſpitij mos ille fuit, vt quum quis peregre proficiſceretur, e ſeruis aliquot præmitteret ad vrbem eam vbi diuerſurus eſſet, qui inquirerent, an domini hoſpes amicus paternus ibi quiſq̃ eſſet. Si nullus erat, quærebant diuerſorium: ſi nullum erat, magiſtratum adeuntes hoſpitalitatem poſtulabant: ſibi vero quanq; a magiſtratibus traditam cupiebant. Nonnunq̃ tamen vſu veniebat, vt vtriuſq; hoſpitum voluntate hoſpitalitas iungeretur, quum vterq; alterius virtute illectus hanc hoſpitalitatem poſtulat. Illud etiam contingit quem in vna ciuitate multos habere hoſpites. vt Cn. Pompeius, C. Cæſar, M. Cicero Deiotari hoſpites fuerunt. Has autem hoſpitalitates in Gallogræcia potius q̃ Romæ initas fuiſſe arbitror, cum Pompeio aduerſus Mithridatem, cum Cæſare aduerſus Pharnacem, cum Cicerone in Ciliciam proficiſcenti. Voluntas vtriuſq;) Magis officioſa eſt hoſpitalitas quæ vtriuſq; hoſpitum voluntate q̃ quæ iuſſu magiſtratus iuncta eſt. Hæc enim cũ amicitia coniunctiſſima eſt. Officia eius in me &c.) id eſt beneficia quæ in me meumq; exercitum contulit, quum ego Proconſul irem in Ciliciam, aut illic cũ exercitu eſſem. Cicero in Philippica. xi. de Deiotaro ſcribens, Fuimus, inquit, nuper ego & M. Bibulus in propinquis finitimiſq; prouincijs, ab eodẽ Rege adiuti ſumus & equitatu & pedeſtribus copijs. Quum Parthi cũ omnibus fere ſuis copijs Euphratem tranſiſſent, Deiotarus ad Ciceronem Legatos miſit ſe cum omnibus ſuis copijs in eius caſtra venturum eſſe. Vt ait idem Cicero libro Epiſtolarum familiarium. xv. Quibus ſemel ignotum a te eſſe oportet) id eſt quibus quum ſemel ignoueris, non oportet in diſcrimen vocari, vt aliquo defendente vel poſtulante, tu ijs iterum ignoſcas. Quod fieri ſolet in tantis periculis) In cauſa capitali iudicum iram accuſator, eorum miſericordiam patronus commouet. Duos reges) id eſt duos Deiotaros patrem & filium. Dabis miſericordiæ quod iracundiæ negaſti) Hæc contrarij exortatio vim habet maiorem. Ea autem ſententia eſt, Tu iratus Deiotarum regno non priuaſti, nec tu eum miſericors priuabis. In priuatis) id eſt in hominibus magiſtratum nullum gerentibus.

Semper regium nomen in hac ciuitate ſanctum fuit, ſociorum vero Regum & amicorum, ſanctiſſimum, quod nomen hi Reges ne amitterent te victore timuerunt, retentum vero, & a te confirmatum, poſteris etiam ſuis tradituros eſſe confido. Corpora vero ſua, pro ſalute Regum ſuorum hi Legati tibi regii tradunt, Hieras, & Bleſamius, & Antigonus, tibi nobiſq; omnibus iamdiu noti: eademq; fide & virtute præditus Dorylaus, qui nuper cum Hiera Legatus eſt ad te miſſus: tum Regum amiciſſimi, tum tibi etiã probati, vt ſpero. Exquire de Bleſamio, nunquid ad Regem

contra dignitatem tuam ſcripſerit? Hieras quidem cauſam omnem ſuſcepit, & criminibus illis pro Rege ſeſe ſupponit reum: memoriam tuam implorat, qua vales plurimum. Negat vnquam ſe a te in Deiotari Tetrachia pedem diſceſſiſſe: in primis finibus tibi ſe præſto fuiſſe dicit, vſque ad vltimos proſecutum: cum e balneo exiſſes, tecum ſe fuiſſe: cum illa munera inſpexiſſes, cœnatus cum in cubiculo recubuiſſes, eademq; aſſiduitate tibi ſe præbuiſſe poſtridie: quam ob rem, ſi quid eorum quæ obiecta ſunt, cogitatum ſit, non recuſat, quin id facinus ſuum iudices. Quocirca C. Cæſar velim exiſtimes, hodierno die ſententiam tuam aut cum ſummo dedecore miſerrimam peſtem importaturam eſſe Regibus, aut incolumem famam cum ſalute. quorum alterum optare illorum crudelitatis eſt, alterum conſeruare clementiæ tuæ.

FINIS.

Regiũ nomen ſanctũ

Semper regium nomen &c.) Alibi quoq; q̃ Romæ Regum nomen ſanctum fuiſſe, eorumq; afflictæ fortunæ ab alijs ſuccurri ſolitum, Cicero ſcribit in ſuaſione legis Maniliæ. Hoc, inquit, iam fere ſic fieri ſolere accepimus, vt Regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad miſericordiam, maximeq; eorum qui aut Reges ſunt, aut viuunt in regno, vt regale ijs nomen magnum & ſanctum eſſe videatur. Regium nomen poſt eiectos Tarquinios Romæ odioſum fuit, quum ſcilicet ciuium aliquis Rex fieri Romæ affectabat. Aliorum vero regum qui populi Romani, nec ſocij, nec amici erant, nomen Romæ ſanctum fuit, ſociorum vero & amicorum ſanctiſſimum. Hi reges) duo Deiotari. Poſteris etiam ſuis tradituros) Aliter ac Cicero cõfidebat, euenit. Nam Deiotaro patri in Gallogręcia ſucceſſit Amyntas. Eam poſtea Romani in prouinciam redegerunt, vt ait Strabo libro xij. Corpora vero ſua) Hi Legati ſunt, quibuſcum venit Phidippus. Hi autem quum alia de cauſa Romã a Deiotaro miſſi eſſent, accuſationis indignitate commoti, ſe obſides Cæſari pro Deiotaro offerunt. Vt ſpero) id eſt arbitror. In qua ſignificatione dictum adiungi cũ tribus verborum temporibus ſcribimus in Cõmentarijs in Ciceronem de Senectute. Exquire) id eſt diligenter & acute inquire, vel quæſtionibus, id eſt tormentis extorque.

Supponere reum.

Contra dignitatem tuam ſcripſerit) Te tyrannum inuidioſe exiſtimari &c. quę ante Cicero ficta oſtendit. Supponit reum) id eſt ſe offert reum pro Deiotaro. Particula